In Editionibus mere graecis Franckius non ut ſocius Brylingeri laudatur. Nulla adeſt Praefatio, nec relatio finalis.
Le Long adfert primo loco edit. anni 1533. ſed errat, in computatione Numeri. Hanc vero omittit.

465. 79. *Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα.* Novi Teſtamenti omnia, cum ſcholiis ex Patribus et hiſtoriis in loca obſcuriora in marginibus adiectis.
In fine: Baſileae, per Thomam Platerum, impenſis Reinhardi Beck. Anno 1543. Menſe Martio.

Eſt editio mere graeca et tertia Platteriana.
Paulli Effigies ſiſtitur ante Epiſtolam ad Romanos.
Editio duabus prioribus ſimilis, tantum praefatio Gaſtii praefigitur et ſcholia h.e. citationes Patrum adduntur.
Recenſetur haec editio a Riederero in ſuis indiciis (Nachrichten) lib. IV. p. 249.

466. 80. *Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα.* Novi Teſtamenti omnia, cum iisdem ſcholiis (item et cum eadem praefat. Gaſtii.)
In fine: Baſileae per Thomam Platerum, impenſis Reinhardi Beck, 1544. Menſe Martio.

Haec Editio paucis nec Riederero cognita, ſed a Le Long laudata, et tamen a Maſchio in dubium vocata. Eſt editio mere Graeca et Quarta Plateriana; hinc adſunt apud me omnes quatuor editiones Platerianae.

467. 81. Novum Teſtamentum Graece. Tiguri, in Officina Froſchoviana. Anno 1547. Editio mere Graeca et prima vel unica Froſchoveri ad Eraſmum formata huius generis.

Theophylacti prooemium in Matthaeum cum eiusdem et ceterorum Evangeliſtarum vitis ſecundum Sophronium et Dorotheum graece praefigitur.

468. 82. Novum Teſtamentum Graece iam denuo accuratiori diligentia, quam hactenus, in uſum theologiae ſtudioſis excuſum. Baſileae, apud *Nicolaum Brylingerum.* Anno 1548, menſe Martio.

Editio tertia vel rectius ſecunda Brylingeriana mere Graeca: nitida.

469. 83. Novum Teſtamentum Graece et Latine, diligentia Deſ. Eraſmi Roterod. emendatiſſimum et iam denuo ad multa exemplaria, tam impreſſa, quam manuſcripta, diligenter caſtigatum et editum. Adiecta ſunt Argumenta eiusdem una cum marginalibus concordantiis. Baſileae apud *Nicolaum Bryling.* 1549.

Minus nitida editio.

470.

470. 84. Novum Testamentum Graece et Latine — — et jam tertio — — diligenter castigatum &c. Basileae apud *Nicolaum Bryling*. 1550.

Adjici potest Editioni Vet. Test. graeco-latinae ejusdem anni, si quis velit.

471. 85. *ἅπαντα τὰ τῆς καινῆς διαθήκης*. Novum Jesu Christi D. N. Testamentum, cum duplici interpretatione, D. Erasmi, et Veteris interpretis; Harmonia item Evangelica, et copioso Indice. Ex Officina *Roberti Stephani*, 1551.

Editio prima, quae versus ex inventione Stephaniana adjectas habet et perrara, sed tantum proh dolor! hic exstat Tomus I. qui Evangelia et Actus continet. Editio in forma Octava minori et nitidissima.

472. 86. *Της καινης διαθηκης ἁπαντα*. Novum Jesu Christi Testamentum, Graece, collatis non paucis venerandae fidei exemplaribus, accuratissima nunc lima editum. Basileae, per *Nicolaum Brylingerum*, Anno 1553. Mense Majo.

Editio, si credere fas est, Tertia Brylingeriana mere Graeca.

473. 87. Novum Testamentum, Graece et Latine, diligentia Des. Erasmi Roterod. emendatissimum, &c. ut supra. Basileae apud Nicolaum Bryling. 1556.

474. 88. Idem, cum eodem Titulo. Basileae, apud Nicolaum Bryling. 1558.

475. 89. Novum Testamentum graece et latine. Juxta veterum &c. Titulus deest, sed in fine dicitur: Lugduni, excudebat Joannes Tornaesius Typographus Regius. Ann. 1559. IV Id. Dec.

Titulus plene legitur apud Maschium.
Editio nitida. Habet praeter Epist. Erasmi ad Leonem X. Vitas sacrorum Scriptorum Graece sec. Sophronium et Latine sec. Hieronymum.

476. 90. *Της καινης διαθηκης ἁπαντα.*
ἐν οἷς παρὰ τὰ πολλὰ ἀκριβῶς διορθωθέντα, καὶ τὰ κεφάλαια, καὶ διαφόρας ἀναγνώσεις καὶ τὰς ἐπ' ἄλληλα μαρτυρίας προσφέρομεν.
Novum Jesu Christi Domini Nostri Testamentum.
Additis summis rerum et sententiarum, quae singulis capitibus continentur; variis item lectionibus, mutuisque testimoniis quae laborem in legendo ac conferendo magnopere sublevabunt.
Tiguri, apud Froschoverum, anno 1559.

Sine praefatione. Editio mere graeca, et quidem, teste Maschio, non Erasmica, sed Stephaniana ex revisione Crispini.
Οἱ Βίοι Evangelistarum ex Sophronio et Dorotheo graece praefiguntur.

Summa capitum graece redditur.
Editio ob varias lectiones in margine et loca parallela utilis, Typus masculus et bonus.

477. 91. Ευαγγελια τε και Επιστολαι των κυριακῶν καὶ ἑορτασικῶν ἡμερῶν ἑλληνιςὶ καὶ ῥωμαϊςὶ.
Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum dierum Graece et Latine. Francofurti ad Oderam ex Officina Joan. Eichorn 1559.

478. 92. Hieronymi Welleri in Epistolas D. Pauli ad Philippenses et Thessalonicenses Annotationes piae, breves et eruditae, antea in lucem non editae. Noribergae, apud Joannem Montanum et Ulricum Neuberum, 1561.
Inseritur contextus graecus, cum vers. lat.

479. 93. Novum Testamentum Graece et Latine diligentia Des. Erasmi Roterod. emendatissimum et jam postremo ad multa exemplaria, tam impressa, quam manuscripta, diligenter castigatum et editum. Adiecta sunt Argumenta eiusdem una cum marginalibus concordantiis. Basileae apud *Nicolaum Bryling.* 1562.
Annectitur saepe, sicut huic exemplari accidit, Editioni Gr. lat. V. T. ab anno 1582.

480. 94. Της καινης διαθηκης απαντα. Novum Jesu Christi Testamentum, Graece, collatis non paucis venerandae fidei exemplaribus, accuratissima nunc lima editum.
Additis summis rerum et sententiarum, quae singulis capitibus continenter; variis item lectionibus, mutuisque testimoniis, quae laborem in legendo ac conferendo, magnopere sublevabunt. Basileae per Nicol. Bryling. Anno 1563.

481. 95. Της καινης διαθηκης απαντα
εν οις παρα τα πολλα ακριβως διορθωθεντα, και τα κεφαλαια, και διαφορους αναγνωσεις και τας επ' αλληλα μαρτυριας προσφερομεν.
Lipsiae, in Officina Voegeliana, 1563.
In fine: Lips. in Offic. Voegeliana 1564.

482. 96. Novum Testamentum Jesu Christi Graece et Latine, primo quidem studio et industria Des. Erasmi Roterod. accurate editum, nunc autem magna diligentia collatis compluribus exemplaribus denuo expressum. Adiectis Argumentis cum Concordantiis in margine et quaedam adiuncta separatim utili tam explicatione vocabulorum quorundam, quam monstratione certorum ad intelligentiam veritatis pertinentium locorum. Basileae, apud Nicolaum Bryling. 1564.

483.

483. 97. Jesu Christi D. N. Novum Testamentum, sive Foedus Graece et Latine, *Theodoro Beza* Interprete. Additae sunt, eodem authore &c. (Sequitur Signum Stephanianum.) Anno 1565. Excudebat Henricus Stephanus, illustris viri Huldrichi Fuggeri typographus.

Editio haec nitidissima, Officinae Stephani digna, eodem anno, quo Editio major cum Annotationibus Bezae, prodiit. Loco Annotationum uberiorum, habet haec editio compendiosa porismata marginalia. Raro occurrit haec prima editio, hinc deest in collectione Biblica Brunswic. Baumgart. et Goeziana. Exstat in collect. Wernigerod. Vocavi hanc editionem *primam*. A le Long quidem adducitur editio prior anni 1563 sed auctoritate destituta nec ob chronologiam et historiam editionum exstare potest. Secutae sunt binae aliae editiones Stephanianae huius formae 1567 et 1580, quas itidem servat collectio mea biblica.

484. 98. Novum Testamentum Graece et Latine studio et industria Des. Erasmi Roterod. accurate editum, magnaque diligentia collatis compluribus exemplaribus iam denuo expressum. Adiectis Argumentis cum Concordantiis in margine et quaedam adiuncta separatim utili tam explicatione vocabulorum quorundam quam demonstratione certorum ad intelligentiam veritatis pertinentium locorum. Lipsiae, in Officina Voegeliana anno 1565.

Editio, (mihi quidem) prima Voegeliana, quae sequitur in Titulo, in Textu, in brevi allocutione ad Lectorem et in Epilogo Editionem Brylingerianam.

485. 99. Της καινης διαθηκης ἁπαντα. &c. ut in titulo No. 476. Tiguri apud *Froschoverum*. Anno 1566.

Haec est secunda editio huius generis mere graeca Froschoveriana et ambae editiones hic adsunt.

486. 100. Novum Testamentum J. Chr. Graece et Latine, primo quidem studio &c. ut Tit. No. 483 et in anterioribus Basileae apud *Nicolaum Bryling*. 1566.

487. 101. Jesu Christi D. N. Novum Testamentum, Gr. et Lat. *Theodoro Beza* interprete, (cetera Tituli ut No. 483.) Anno 1567. Excudebat *Henricus Stephanus*, illustris viri Huldrichi Fuggeri typographus.

488. 102. Novum Testamentum Graece et Latine studio et industria *Des. Erasmi Roterodami* &c. (cetera tituli ut No. 484.) Lipsiae. Typis Voegelianis.

In fine: Lipsiae imprimebatur per Andream Schneider Typis Voegelianis, 1570.

489. 103. Editio Plantiniana Novi Testamenti Graeci Veteri Testamento impunctato, 1573 adiuncta, sine dubio absque titulo, typis minoribus in columnis expressa.

490. 104. Novum Testamentum Jesu Christi Graece et Latine primo quidem studio et industria *Des. Erasmi Roterod.* accurate editum &c. ut in editionibus prioribus Brylingerianis.

Basileae per *haeredes Nicolai Bryling.* 1577.

Anno 1571 Brylingerus ipse ultimam procurravit editionem, quae mihi deest. Adsunt praeter istam edit. 8 Graeco Latinae.

491. 105. Idem, Basileae, per Haeredes Nicolai Bryling. 1577.

Differt ab antecedenti in titulo quoad minores typos; differt et alias. Annus tamen hic penna adscriptus est.

492. 106. Novum Testamentum Graece et Latine, studio et industria *Des. Erasmi Roterod.* accurate editum &c. (cetera Tituli ut No. 484.) Lipsiae, 1578.

In fine: Lipsiae, imprimebat Johannes Steinmann. A. 1578.

Editionibus Voegelianis plane similis, et in ipso Titulo signum Typographicum Voegelianum.

493. 107. Jesu Christi Novum Testamentum Gr. et Lat. *Theodoro Beza*, interprete. Additae sunt ab eodem summae breves doctrinae unoquoque Evangeliorum et Actorum loco comprehensae. Item Methodi Apostolicarum epistolarum brevis explicatio. Huic autem tertiae editioni, praeter quorundam locorum recognitionem, accesserunt breves &c. 1580.

Editio haec ut Stephanian., non nomine Typographi in titulo vel fine, sed signo Stephaniano Typographico notata, et inter Editiones Minores Stephanianas ordine tertia est et ultima; hinc omnes tres rarae editiones Stephan. hic adsunt.
Editio haec adaucta est versione vulgata et annotationibus quas Loselerus Villerius suae editioni N. T. Bezani mere latini a. 1574 adiunxit.
In duos dividitur Tomos cum suis titulis et paginis.
Titulus sequens videatur ap. Masch.
Ex. lineis rubris distinctum.

494. 108. Novum Testamentum Graece et Latine &c. ut N. 493. Lipsiae, 1582 et in fine: Imprimebat Johannes Steinmann.

495. 109. Novum Testamentum Graece, cum Vulgata interpretatione Latina Graeci Contextus lineis inserta. Antverpiae ex Officina Christophori Plantini, 1583. form. maj.

496. 110. Novum Testamentum Graece et Latine, studio et industria *Des. Erasmi Roterodami* accurate editum &c. (cetera ut No. 484.) Signum Voegelianum. Lipsiae 1588.

497.

497. 111. Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum dierum Graece et Latine. Argentorati. Excudebat Theodosius Richelius, 1588.

498. 112. Nonni Panopolitani Graeca Paraphrasis Sancti Evangelii secundum Joannem; Antehac valde et corrupta et mutila, nunc primum emendatissima et perfecta, atque integra opera *Francisci Nansii* cum Interpretatione Latina, additae ejusdem Notae: in quibus multa non vulgaria tractantur et varii auctorum loci corriguntur aut illustrantur. Lugduni Batavorum, ex Officina Plantiniana, apud Franciscum Raphelengium, 1589.

Totus Textus Graecus Evangelii Johannis in pagina secunda interpretationi Latinae apponitur.

499. 113. Novum Jesu Christi Testamentum Graece et Latine: *Theodoro Beza* interprete. Additi sunt ab eodem &c. ut N. 493. Huic autem quartae editioni praeter multorum locorum recognitionem, accesserunt &c. Anno 1590.

In titulo cernitur signum Vignonianum, e quo typographia Vignoniana Genevensis dignoscitur. Sicut Eustathius Vignon Stephano successit in editionibus maioribus (in Fol.) Nov. Test. graeco latini Bezani, idem editionibus tribus Stephanianis minoribus quartam adiunxit, sed minus nitidam.

In hac Quarta editione Additiones Villerianae ex editione Anglicana retentae sunt, quas assumsit Stephanus. Tantum versio Vulgata, quam admittit Editio Stephaniana Tertia, hic omissa est. In duas partes divisa.

500. 114. Novum Testamentum Graece et Latine studio et industria Des. Erasmi Roterod. accurate editum &c. (ut No. 485.)

Signum Voegelianum. Lipsiae, 1591.

In fine: Lipsiae imprimebat Michael Lantzenberger anno 1591.

Steinmann successit Voegelino, et Lantzenberger Steinmanno.

501. 115. Novum Testamentum Graeco-Latinum Vulgata Interpretatione Latina a Theologis Lovaniensibus quam diligentissime recognita et emendata, Graeco contextui per versiculos numeris distinctos e regione opposita. Notatis in margine locis concordantibus, ut lectori non difficile sit alia cum aliis, si necesse sit, conferre. Coloniae, in Officina Birckmannica, sumtibus Arnoldi Mylii, 1592.

Editio ob typum nitidum et ob adiectam versionem latinam ex bibliis castigatis Theologorum Lovaniensium memorabilis, in usum Literatorum Catholicorum procurata, quam ipse recensui in hist. biblica.

502. 116. Ευαγγελια τε και επιστολαι των κυριακῶν καὶ ἑορταστικῶν ἡμερων ἑλληνιστὶ καὶ ῥωμαιστὶ

μετὰ τῶν διστίχων κυριακων Ιωάννου του Στιγελιου καὶ ἑορταστικῶν Βερνάρδου τοῦ Βωμγαρδ καὶ τῶν ἄλλων ἑλληνιστί καὶ ῥωμαιστί.

Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum dierum Graece et Latine. Una cum distichis Dominicalibus Joannis Stigelii et festivalibus Bernhardi Bomgardii atquae aliorum, Graece simul et Latine, correctius quam hactenus expressa, 1592. Impensis Johannis et Friderici Hartmannornum Bibliopolarum. Francofurt. Marchiae. In fine: extudebat Nicolaus Voltzius.

503. 117. *Διαθηκης της καινης ἁπαντα ἐν ὁις παρὰ τὰ πολλὰ ἀκριβῶς διορθωθέντα καὶ τὰ κεφάλαια καὶ διαφόρους ἀναγνώσεις καὶ τὰς ἐπ' ἀλληλα μαρτυρίας προσφέρομεν.*

Novum Jesu Christi Domini Nostri Testamentum 1595 (ad latus signi typographici Voegeliani.) Lipsiae, sumtibus Valentini Voegelini.

In fine: Lipsiae, imprimebat Michael Lantzenberger, impensis Valentini Voegelini anno 1594.

Editio mere graeca, cum argumentis capitum et variis lectionibus; in margine graecis: et quidem iterata editio Voegelini anni 1564, nitida et accurata. Pritius dicit eam esse foetum Camerarii.

Nisi Le Longius erravit, exstat alia editio gr. lat. ejusdem loci, anni et typographi, quae a me inter desiderata n. 62 indicatur. Non possidet hanc edit. Bibl. Brunsw. Wernig. Goez., tamen est a Maschio p. 229. e catalog. Baumgart. adducta.

504. 118. Scripturae Evangelicae et Apostolicae, Testamento Novo comprehensae editio Graeco-Latina. E primis Erasmianae Versionis editionibus, diligenter recognita, et ab innumeris mendis, tam in Graeco, quam in Latino, accurate purgata, nova quadam characterum varietate et versiculorum adsignatione ita adornata, ut cuivis bono facile placitura, et ad memoriam adolescentium firmandam, non parum momenti allatura sit. Pro Schola Theologica Orthodoxa. Francofurti, ex officina M. *Zachariae Palthenii.* Typographi, 1596.

Praefiguntur *κεφαλαια χριστιανισμου, προσφωνηθεντα τοις παιδιοις* metrice, paginae 6, Scripta ab *ἰωαχείμῳ Καμεραρίῳ.*

Vitae Evangelistarum ex Hieronymo et Argumenta Epistolarum ex Erasmo, in fine, cum Indice rerum et verborum, ut in anterioribus editionibus.

Non saepius occurrit haec editio.

Varietas illa characterum non attinet ad Textum graecum sed versionem Latinam in qua omnes sermones litteris cursivis impressi.

505. 119. Novum Testamentum Graece, cum vulgata interpretatione Latina Graeci contextus lineis inserta. Quae quidem interpretatio, quum a Graecarum dictionum interpretatione discedit, sensum, videlicet, magis quam verba exprimens, in margine libri est collocata: atquae alia,

Ben.

Ben. Ariae Montani Hispalensis opera e verbo reddita ac diverso characterum genere distincta, in eius est substituta locum. Editio postrema, multo quam antehac emendatior. Cum praefatione eiusdem Ben. Ariae Montani, in qua &c. Ex Officina Commeliniana, 1599. form. maj.

506. 120. Eadem Editio et item Titulus, in quo tantum legitur Lugduni Veneunt apud Barthol. Vincentium, 1599. Immo in hoc exemplari vox Lugduni deleta et literis minoribus impressum nomen Genevae.

507. 121. Novum Testamentum Graece et Latine, studio et industria *Des. Erasmi Roterodami* accurate editum etc. (cetera ut No. 484) cum signo Voegeliniano. Lipsiae, anno 1599. Et in fine: Lipsiae Imprimebat Michael Lantzenberger, 1599.

Editio, quantum scio, ultima ex Officina Voegelino-Lanzenbergiana.

508. 122. *Ευαγγελια τε και Επιστολαι των κυριακων και εορταστικων ημερων ελληνιστι και ρωμαιστι.*

Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum dierum Graece et Latine. Francofurdiae ad Oderam in Officina Joannis Eichhorni.

Sine mentione anni, sed pertinet ad hoc saeculum, confer antea No. 477.

509. 123. *Ευαγγελιον κατα Ματθαιον.* Evangelium secundum Matthaeum. Coloniae, sine anno et nomine impressoris vel editoris item sine paginis. Est Textus mere Graecus in una serie, exceptis Capitibus, ubi haec incipiunt, quae in margine numerum habent.

510. 124. Novum Testamentum Graece et Latine, *Des. Erasmo Roterodamo* interprete, cum Summariis, Concordantiis et Explicationibus difficiliorum vocabulorum et aliis in hac editione praestitis. Argentorati. Excudebat Theodosius Richelius sed sine anno.

Maschius pag. 293. Editorem plagii accusat et putat stricte sequi Editionem Er. Schmidii Wittebergensem a. 1604. hinc 1605 vel 6 pro anno impressionis accipit.

511. 125. Novum Testamentum Graece cum vulgata interpretatione &c, (cetera tituli eadem ut No. 505.) Ex Officina Commeliniana 1602.

Editioni 1599. s. No. 505 plane similis.

512. 126. *Ευαγγελια τε και Επιστολαι των κυριακων και εορταστικων ημερων ελληνιστι και ρωμαιστι, μετα των διστιχων κυριακων Χριστοφερου Πελαργου ελληνιστι.*

Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum dierum Graece et Latine, una cum Distichis Dominicalibus Joannis Stigelii et festivalibus Bernhardi Bomgardi, correctius quam hactenus expressa. Lipsiae, 1602. In fine: Michael Lantzenberger excudecat, 1602.

513. 127. Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum dierum, cum nonnullis lectionibus aliis, tam ex veteri, quam novo Testamento, certis temporibus Lubecae diebus etiam profestis publice explicari solitis, quibus accesserunt Disticha Stigelii et Bomgardii. Omnia Graece et Latine diligenter edita. Typis Laurentii Alberti civis et Bibliopolae Lubecensis. 1604. adduntur Symbola et Confessiones Conciliorum gr. et latine. In fine dicitur, 1605.

Typus major et bonus.

514. 128. Novum Jesu Christi Testamentum Graece et Latine, *Theodoro Beza* interprete. Additae sunt ab eodem &c. (ut No. 493.) Huic autem *quintae* editioni, praeter multorum locorum &c. ut ibidem Anno 1604.

Forma Majori: in duas dispescitur partes. In titulo apparet signum Typographicum Eustath. Vignon.

515. 129. Novum Testamentum Graece et Latine *Des. Erasmo Roterodamo* interprete, cum Summariis, concordantiis et explicationibus difficiliorum vocabulorum et aliis in hac editione praestitis, uti ex sequenti praefatione et ipsius operis inspectione apparet. Witebergae. Typis Laurentii Seuberlichs, Impensis Samuel Selfisch. Anno 1605.

Idem dicitur in fine.

Erasmus Schmidt praefationem scripsit, in qua de hac editione rationem reddit. Maschius vult, exstare jam editionem anni 1604, sed non expresse et clare hoc dicitur in praefatione, multo minus annus nominatur. Praef. ita incipit: Edit nunc iterum Samuel Selfischius Novum Testam. graece latineque.

516. 130. Novum Jesu Christi Testamentum Graece et Latine, *Theodoro Beza* interprete, additae sunt ab eodem &c. (ut No. 493.), Huic autem *quintae* editioni, praeter multorum locorum — — opera eorum qui in typographi epistola nominantur. Cum duplici interpretatione, apud Johannem Vignon, 1611. form. maj.

Editio Vignoniana 1604 *quinta* iam dicitur et haec quae ab illa magnopere differt inprimis ob additam versionem vulgatam iterum *quinta* vocatur. Sequitur Editionem Stephanianam tertiam anno 1580, in duas itidem partes divisa.

Praefatio Typographi non est Vignoni, sed Stephani quae retinetur; in hac etiam editio quinta vocatur. Signum typograph. hic est anchora Vignoni.

517. 131. Eadem Editio, signum typogr. in titulo tantum differt, quod est olea Vignoni. Additur apud Samuelem Crispinum 1611.

Sub hoc titulo ignota est haec editio Le Longio, Maschio, Goezio et aliis. Ceterum haec editio ab illa nulla modo recedit. Forsan Crispinus fuit unus ex haeredibus Eustathii Vignon.

518. 132. Novum Testamentum Graece, cum vulgata interpretatione Latina Graeci contextus lineis inserta; (sec. revisionem *Ben. Ariae Montani* Hispalensis.) Ex Officina Plantiniana Raphelengii, 1613. form. maj.

Est pars bibliorum omnium ex hac typogr. et huius anni.

519. 133. Novum Testamentum Graece et Latine, Des. Erasmo Roterodamo interprete cum summariis &c. ut No. 516.

Witebergae. Typis haeredum Seuberlichii, impensis haeredum Selfischii. Anno 1618.

520. 134. Novum Testamentum Graece, cum vulgata interpretatione Latina Graeci contextus lineis inserta &c. Editio postrema, multo quam antehac emendatior, cum praefatione *Ben. Ariae Montani*. Aureliae Allobrogum (i. e. Genevae) apud Petrum de la Rouiere, 1619.

521. 135. Της καινης Διαθηκης απαντα. Novi Testamenti libri omnes, recens nunc editi: cum Notis et Animadversionibus doctissimorum virorum praesertim vero, Roberti Stephani, Josephi Scaligeri et Isaaci Casauboni. Variae item Lectiones ex antiquissimis exemplaribus et celeberrimis Bibliothecis, desumptae. Londini, apud Joannem Billium 1622. In eodem Volumine sequitur.

522. 136. Novum Testamentum Graece et Latine. Des. Erasmo Roterodamo interprete, cum summariis, &c. ut No. 515. Wittebergae. Sumptibus Haeredum Selfischianorum, 1623. cum praefat. Erasmi Schmidii anno 1618.

523. 137. Evangelia Graeco-Latina. Dominicorum et Festorum dierum per totum annum cum grammatica Analysi a M. *Johanne Rhenio*. Lipsiae, Typis et Impensis Friderici Lankisch. Anno 1624.

524. 138. D. N. Jesu Christi Testamentum novum Gr. Lat. *Theodoro Beza* interprete, prioribus editionibus multo accuratius et a multis mendis expurgatum. Amstelodami. Sumptibus Henrici Laur, 1626.

Editio haec editionibus N. T. Bezanis ideo tantum adnumeranda est, quia versionem latinam Bezae ex editione Villerii Anglicana continet. Textus Graecus ex edit. Elzeviriana prima anni 1624 desumtus est. Annotationes Bezae et Camerarii c. variis lectionibus omissae sunt, retentis paucis parallelis. Argumenta capitum prolixiora itidem omissa sunt, quorum loco alia a Gemma Fabro in distichis scripta reperiuntur. Editionem direxisse videtur, solus Typographus. Hanc editionem secutae sunt binae aliae 1643 et 1647 quarum ultima hic adest. Verba quae Masch et Goeze ex ultima pagina citant, huic exemplari desunt.

525. 139. Ευαγγέλια τε και Επιστολαι των κυριακῶν και ἑορτασικων ἡμερῶν ἑλληνιστι και ῥωμαιστι. Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum die-

dierum Graece et Latine ex Versione *Des. Erasmi Roterodami*. Amstelrodami apud Henricum Laurentium Bibliopolam, 1626.

526. 140. Novum Testamentum Graece cum vulgata interpretatione Latina Graeci Contextus lineis inserta &c. (opera *Ben. Ariae Montani*. Hispalensis.) Genevae, ex Typographia Jacobi Stoer, 1627.

527. 141. *Danielis Heinsii* Aristarchus sacer, sive ad Nonni in Johannem Metaphrasin Exercitationes, quarum priori parte Interpres examinatur, posteriori Interpretatio ejus cum Sacro Scriptore confertur: in utraque S. Evangelistae plurimi illustrantur loci. Accedit Nonni et *S. Evangelistae contextus*: tres item Indices. Lugduni Batavorum, ex Officina Bonaventurae et Abrahami Elzevir, 1627.

528. 142. Evangelia et Epistolae anniversariae graece et latine. Wittenberg, apud Selfisch, 1627.

529. 143. Jesu Christi Evangelium et Acta Apostolorum per Lucam. Graece, in usum scholarum seorsim excusa ob puriorem Graecismum. Amstelodami, apud Jacobum Wachter, 1628.

Textus Hollandice h. e. optime impressus, continua serie, et versus in margine notati.

530. 144. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum. Cantabrigiae, apud Tho. Buck. Anno Domini 1632.

Forma Majori et Literis majusculis, hinc lectu facilis et commoda.

531. 145. Της καινης διαθηκης απαντα. Novi Testamenti Libri omnes, recens nunc editi, cum Notis et Animadversionibus Doctissimorum, praesertim vero Roberti Stephani, Josephi Scaligeri, Isaaci Casauboni: Variae etiam Lectiones ex antiquissimis exemplaribus et celeberrimis Bibliothecis desumptae. Londini apud Richardum Whitakerum Bibliopolam, 1633. nitid.

532. 146. Novum Testamentum, Graece et Latine *Desid. Erasmo Roterod.* interprete, cum Summariis, Concordantiis &c. Wittebergae, impensis Haered. Samuel Selfisch, 1635.

In fine: Typis Johannis Christophori Siegel, 1636.

533. 147. Ευαγγελια τε και επιστολαι των κυριακων και εορταστικων ἡμερων, στιχοισι και ῥυθμοισι.

Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum dierum Graece et latine, una cum Distichis Graecolatinis, 1634. Wittebergae. Sumptibus Haeredum Sam. Selfischii, Typis haeredum Georgii Mülleri.

534.

534 148. Η Καινη Διαθηκη Novum Testamentum ex utraque Regia aliisque optimis editionibus summo studio expressum. Amstelodami, typis et sumtibus *Joa. Janssonii* 1639.

535. 149. D. N. Jesu Christi Testamentum novum Gr. Lat. *Theodoro Beza* interpr. Prioribus editionibus multo accuratius et a multis mendis expurgatum. Editio Nova et Correctior. Amsterodami. Sumptibus Henrici Laur, 1647.

In fine: Goudae, Typis Gulielmi van der Hoeve, Goudani 1647.

Nova haec Editio se refert ad editionem primam huius Editoris 1626. Le Long et ex hoc Maschius editionem mediam anni 1643 laudant quam adhuc, si revera existat, desidero.

536. 150. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum, ex utraque Regia, aliisque optimis editionibus summo studio expressum. Amstelodami, Typis ac Sumptibus Jannis Janssonii, 1639.

537. 151. Ευαγγελια και επιστολαι. Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum dierum Graece et Latine cum Distichis. Erfurti. Impensis Joh. Birckneri, 1639.

538. 152. Evangelia Dominicalia et Evangelista Matthaeus Graece et Latine, item Epistolae Pauli ad Gal. Ephes. Philipp. 2. ad Timoth. Petri duae, Graece, in usum Paedagogiorum. Bremae, Typis Bertholdi de Villiers, 1648.

Epistolae sunt tantum graece exscriptae.

539. 153. Novum Testamentum Graece et Latine Desid. Erasmo Roterodamo Interprete cum Summariis Concordantiis et Explicationibus difficiliorum vocabulorum et aliis in hac editione praestitis. Francofurti et Wittebergae. Impensis Balthasaris Mevii Bibliopolae. Wittenb. 1653 cum praefatione Erasmi Schmidii ab a. 1635.

In fine: Francofurti ad Moenum, Typis Caspari Rötelii, 1653.

540. 154. Ευαγγελια τε και επιστολαι των κυριακων και εορταστικων ἡμερων ἑλληνιστί καὶ ῥωμαιστὶ. Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum Dierum, Graece et Latine, una cum distichis Graecis et Latinis. Editio Nova correctior, Typis ac Sumptibus Joh. Erasmi Hynitzsch. In fine: Nordhusae 1653.

541. 155. *Isaaci Haberti* Episcopi et Comitis Vabrensis Doctoris Sorbonici in B. Pauli Epistolas Tres Episcopales ad Timotheum et Titum et unam ad Philemonem Expositio perpetua, Conciliorum et veterum Patrum sensu con-

confirmata, Integri in Paulum Operis Specimen. Parisiis e Typographia Regia, 1656.

Forma Majori. Exemplar quoad Typos et ligaturam nitidissimum nec sine figuris.

542. 156. Novum Testamentum Graece cum vulgata interpretatione Latina Graeci contextus lineis inserta &c. studio *Bened. Ariae Montani.* Aureliae Allobrogum Excudebat Petrus de la Rouiere, 1609.

543. 157. Novum Testamentum Graece et Latine *Desid. Erasmo Roterodamo* Interprete cum Summariis, Concordantiis et Explicationibus &c. Editio nova, accuratissime recognita. Wittebergae. Impensis Balthasaris Christophori Wustii, 1661.

Editio prioribus similis sed cum nova brevi praefatione Ostermanni Professoris.

544. 158. Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum dierum cum nonnullis lectionibus aliis tam ex veteri quam novo Testamento, certis temporibus Lubecae quibusdam diebus etiam profestis publice explicari solitis, quae in aliis Evangeliorum libris non reperiuntur. Accesserunt Disticha Joh. Stigelii et Bomgardii. Omnia Graece et Latine diligenter edita pro Schola Lubecense. Lubecae, sumtibus Aug. Joh. Beckeri excudebat Gothofredus Venator. Anno 1662.

545. 159. *Ευαγγελια τε και Επιστολαι των κυριακων και εορτασιμων ημερων, ελληνιστι και ρωμαιστι μετα των διστιχων* &c. Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum dierum, Graece et Latine una cum distichis Graecis Pelargi et Latinis Stigelii et Bomgardii correctius quam hactenus expressa. Sumtibus Martini Gueths, Coloniae ad Svevum et in Academia ad Viadram librorum prostitoris. (sine anni indicio in titulo et fine.)

546. 160. Η *καινη διαθηκη του κυριου ημων Ιησου Χριστου* Novum Testamentum Domini Nostri Jesu Christi Graeco-Latinum *Theodoro Beza* interprete. Editio nova et accurata. Tiguri ex Typographeo Bodmeriano, 1663 form. maj.

Editio sine ulla praefatione ad Editionem Amstelodamensem Laurentii 1626 recusa, ex qua etiam Disticha s. argumenta capitum Latina desumta sunt, vide Masch et Baumgarten.

Secuta est anno 1671 alia editio Tigurensis. Anteceffit vero 1661 Editio mere Graeca in 8. quam desidero.

547. 161. Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum dierum, Graece et Latine. Una cum Distichis Graeco-Latinis, summam cuiuslibet Evangelii continentibus. Hafniae, Impensis Henrici Godiani, 1664.

548. 162. Η *καινη διαθηκη.* Novum Testamentum Graeco-Latinum interprete *Desid. Erasmo Roterodamo*, in quo Variantes Lectiones itemque in-

innumerae Scripturae Concordantiae, ex clarissimorum Virorum scriptis collectae: Editio Nova. Giessae Hassorum, ex Officina Josephi Dieterici Hampelii, 1669. form. maj.

549. 163. Ευαγγελια τε και Επιστολαι των κυριακων και εορταστικων ἡμερῶν ἑλληνιστὶ καὶ ῥωμαϊστί.

Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum Dierum Graece et Latine. Una cum Distichis Graecis et Latinis, summam Evangeliorum exhibentibus. Editio Nova Correctior, 1670. Northusae. Typis ac sumtibus Johann Erasmi Hynitzsch.

550. 164. Η καινη διαθηκη τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησου Χριστου Novum Testamentum Domini Nostri Jesu Christi Graeco-Latinum. Theodoro Beza Interprete. Editio Nova et accurata Tyguri, ex Typographeo Bodmeriano, 1671. form. maj. sequitur stricte editionem praecedentem No. 547.

551. 165. Ευαγγελια τε και Επιστολαι των κυριακων και εορταστικων ἡμερῶν ἑλληνιστι και ῥωμαιστι.

Evangelia et Epistolae Dominicorum ac Festorum Dierum Graece et Latine, una cum distichis Graecis et Latinis, summam Evangeliorum exhibentibus. Hamburgi: Typis et Sumptibus Georgii Rebenlini, 1674.

552. 166. Της καινης διαθηκης ἅπαντα. Novi Testamenti Libri Omnes. Accesserunt Parallela Scripturae Loca, nec non Variantes Lectiones ex plus 100 Mss. Codicibus et Antiquis Versionibus collectae. Oxonii, e Theatro Sheldoniano, 1675.

553. 167. Novum Testamentum, Graece et Latine, *Desid. Erasmo Roterodamo*, Interprete, cum Summariis, Concordantiis et Explicationibus difficiliorum vocabulorum et aliis in hac editione praestitis. Editio Nova accuratissime recognita. Francofurti ad Moenum, Typis et Impensis Balthasaris Christophori Wustii, 1686.

Praefatio est Erasmi Schmidii anno 1635 edita.

554. 168. Dominicalia et Festivalia Evangelia Graeco-Latina per totum Annum, cum brevissima Analysi Grammatica sive Primitivorum indigitatione, in utraque lingua in usum juventutis Scholasticae Magni Ducatus Finlandiae, cura et sumtibus *J. G. D.* Ep. Ab. Aboae, recusa a Johanne Winter, 1687.

555. 169. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum Graecum, in usum Scholarum Trivialium in Patria, singulari cura, quoad analysin Vocabulorum Grammaticam, editum studio et impensis *J. G. D. Ep. Ab. Jo-*

hannis Gezelii D. Episcopi Aboensis.) Aboae, excusum a Johanne Winter, Typographo Regio in Magno Ducatu Finlandiae, 1688.

556. 170. Compendium Graecum Novi Testamenti, continens ex 7959 versiculis totius N. Testamenti, tantum versiculos 1900 (non tamen integros) in quibus omnes universi Novi Testamenti voces una cum versione Latina inveniuntur. Auctore *Johanne Leusden*. Editio Quarta, in qua non tantum Themata Graeca et Voces derivatae exprimuntur, ut fit in Edit. 2 et 3 sed etiam Tempora Verborum adduntur. Lugduni Batavorum, apud Jordanum Luchtmans, 1688.

Est Editio et princeps et nitida, vid. praef. Rud. Leusdenii ad codicem 558 sequentem.

557. 171. Novum Testamentum graecum, ex editione *Rudolphi Leusdenii*. Franc. ad M. typis et impensis B. C. Wustii, 1692.

558. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum, in quo non tantum selecti versiculi 1900 continentes omnes voces Novi Testamenti, asteriscis notantur, sed etiam omnes et singulae voces, semel vel saepius occurrentes, distinctis signis notantur et in margine latine transferuntur; quod quidem hactenus tentavit nemo. Edidit, sub ductu Patris *Rudolphus Leusdenus*, Johannis Filius. Francofurti ad Moenum, Typis et Impensis Balthas. Christoph. Wustii, Sen. 1693.

559. 173. Novum Testamentum Graece et Latine, *Desid. Erasmo Roterodamo* Interprete, cum Summariis, Concordantiis et Explicationibus difficiliorum vocabulorum et aliis in hac editione praestitis. Editio Nova accuratissime recognita. Francofurti ad Moenum, Typis et Impensis Balthasaris Christophori Wustii, Sen. 1693.

Forma Major est ut Bibliis Hebraicis eiusdem formae commode addi possit. Hoc iam optavit Joh. Leusdenus, sed semper impeditus fuit. Occasione Bibliorum Hebraicorum Francofurtensium Rudolphus tale Test. Graec. edendi consilium cepit, quale Parens conceperat, et quod posteriori Editioni Amstelodamensi et Francofurtensi valde est accommodatum, atque simul cum utrisque Bibliis Hebraicis compingi potest. Lemmata Latina in margine Graecorum exstant. Editio nitida.

Praf. Erasmi Schmidii anni 1635 praefigitur.

Forma externa est Octava, sed Signatura est Duodecimo, ut codex 554. Editio non ad nitidas vel pulchras referenda, ceteris Wustii similis.

560. 174 Η καινη διαθηκη, das ist, das Neue Testament unsers Herrn Jesu Christi, Griechisch und Teutsch, mit einer Anleitung die Versiculn und Wörter, welche Herr Leußden in seiner griechischen Edition gezeichnet, zu mer-

merken und einer Vorrede Herrn Johann Winklers Past. in Hamb. Lüneburg verlegts Johann Georg Lipper, 1693.

Forma octava, signatura duodec. Le Longius et Maschius laudant editionem iteratam anni 1702, quam nusquam reperi, eo falsam esse suspicor.

561. 175. Epistolae et Evangelia Dominicorum ac Festorum Dierum, Graece et Latine, cum Distichis Graeco-Latinis, summam cujuslibet Evangelii continentibus. Hafniae, Literis et Impensis Joh. Phil. Bockenhoffer, 1696.

562. 176. Της καινης διαθηκης απαντα. Novi Testamenti Libri Omnes. Accesserunt Parallela Scripturae Loca, nec non Variantes Lectiones ex plus 100 Mss. Codicibus et Antiquis Versionibus collectae. Omnia juxta exemplar *Oxoniense* ad amussim recusa. Lipsiae, Sumptibus Joh. Christoph. Königii, Typis Christoph. Fleischeri, 1697.

Forma Octava Maior, ut cum Bibliis Graecis c. prolegominis Frickii compingi possit.

Variantes Lectiones non sub textu ut in Ed. Felliana, sed in fine exhibentur a pag. 374-447.

563. 177. Novum Testamentum Graece et Latine *Desid. Erasmo Roterodamo* Interprete, cum Summariis, Concordantiis et Explicationibus difficiliorum Vocabulorum et aliis in hac editione praestitis. Editio Nova, accuratissime recognita. Francofurti ad Moenum, Typis et Impensis Balthasaris Christophori Wustii, Sen. 1700.

Cum praef. Erasmi Schmidii A. 1635.

Editio inter editiones huius generis ultima et nitida.

564. 178. Της καινης διαθηκης απαντα. Novi Testamenti libri omnes. Accesserunt Parallela Scripturae Loca, nec non Variantes Lectiones ex plus 100 Mss. Codicibus, et Antiquis Versionibus collectae. Nunc denuo ad Exemplar Oxoniense impressum, revisae, auctae, atque emendatae. Lipsiae, Sumptibus Joh. Christoph. König. Bibliopolae Goslariens. Excudit Joh. Heinr. Richter, 17[illegible].

565. 179. Idem priori Exemplari in omnibus simile: tantum in titulo dicitur: cum Praefatione Nova Augusti Hermanni Franckii de vera ratione tractandi Scripturam S. inprimis libros N. T.

Hanc praefationem in hoc Exemplari tantum laudatam lego in titulo, in libro non reperio. In cujus loco in utroque exemplo video praefationem brevem criticam duarum paginarum, quae literis initialibus B. H. W. subscribitur quam sequitur praefatio originalis Felliana.

566. 186. Evangelia cum Epistolis Dominicorum ac Festorum Dierum Graece in usum juventutis Scholasticae edita. Mulhusii Anno 1702. Typis Tobiae Davidis Brückneri.

567. 181. Epistolae et Evangelia Dominicorum ac Festorum Dierum Graece et Latine, quorum textus Graecus ad exemplar Oxoniense est recensitus, una cum Distichis Graeco-Latinis summam cujuslibet Evangelii continentibus, in usum Scholarum Daniae et Norwegiae. Havniae ex Reg. et Univers. Typographeo, 1705.

568. 182. Ἡ καινη διαθηκη. Novum Testamentum. Post priores Steph. Curcellaei, tum et DD. Oxoniensium labores, quibus Parallela Scripturae Loca nec non Variantes Lectiones ex plus C. Mss. Codd. et antiquis Versionibus collectae, exhibentur; Accedit tantus Locor. Parall. numerus, quantum nulla adhuc, ac ne vix quidem ipsa profert praestantiss. Editio Milliana: Variantes praeterea ex Ms. Vindobonensi; ac tandem Crisis perpetua, qua singulas Variantes earumque Valorem aut originem ad XLIII Canones examinat *G. D. T. M. D.* cum ejusdem Prolegomenis et Notis in fine adjectis. Amstelaedami, ex Officina Wetsteniana, 1711.

569. 183. Compendium Graecum Novi Testamenti, continens ex 7959 versiculis totius Novi Testamenti, tantum versiculos 1900, in quibus omnes universi N. T. voces una cum versione Latina inveniuntur, Auctore *Johanne Leusden.* Editio Sexta. Halae Saxonum apud Joh. Frider. Zeidler, 1713.

570. 184. Ἡ καινη διαθηκη. Novum Testamentum. Editio Nova, ex Regiis aliisque Optimis Editionibus cum Postrema Milliensi diligentissime collatis, expressa. Tomus Primus. Parisiis apud *Petrum F. Emery,* Filium, 1715.

Της καινης Διαθηκης Δευτερον Μερος, περιεχον τας των ἁγιων Αποστολων πραξεις και τας Επιστολας και την [illegible]οκαλυψιν. Parisiis e Typographia Petri Francisci Emery, F, 1715.

Praeter Le Longii Bibliothecam sacram in nulla collectione Biblica hanc Editionem nitidam et correctam inveni, quam uberius descripsi in hist. biblica P. II n. 34.

571. 185. Της καινης διαθηκης ἁπαντα.
Novi Testamenti Libri omnes interprete Sebastiano Schmidio. Accedunt Summaria Capitum, Selectiora loca παραλληλα, breviores Evangelistarum Apostolorumque delineationes et Tabulae Geographicae. Recensuit

Christ. Frider. Wilisch, Gymnasii Altenburg. Director. Chemnitii apud Conradum Stoesselium, 1717.

In Dedicatione recensentur et diiudicantur Omnes versiones Bibliorum Latinae. Summaria capitum non sunt Wilischii sed Schmidii. Cetera vide ap. Maschium.

572. 186. Η καινη διαθηκη, das ist, das neue Testament unsers Herrn Jesu Christi, Griechisch und Teutsch, mit kurzen Summarien derer Capitel, vielen Parallelen, und kurzen Lebens-Beschreibung eines jeden Evangelisten und Apostels, nebst zwenen dienlichen Land-Charten aufs neue zum Druck befördert von Christian Friedrich Wilisch. Chemniz, bey Conrad Stösseln, 1717.

573. 187. Η καινη διαθηκη Novum Testamentum Graecum ad optimas quasque Editiones collatum et excusum adiectis nonnullis Variantibus Lectionibus et Notis, nec non Harmonia Evangeliorum et Chronotaxi Actuum Apostolicorum, accurante M. *Christiano Reineccio*. Lipsiae 1725 apud Bernhard. Christoph. Breitkopfium.

574. 187. Της καινης διαθηκης απαντα. Novum Testamentum. Londini, Impensis R. Knaplock, J. Tonson et J. Watts, 1728.

Praefatio brevis Editorum refert ad Editionem Buckianam et in eadem forma recusum esse.

Editio splendida majoris formae et majoribus litteris excusa.

575. 189. The New Testament in Greek and English. Containing the Original Text, corrected from the Authority of the most Authentic Manuscripts: And a New Version form'd agreably to the Illustrations of the most Learned Commentators and Critics: with Notes and Various Readings and a Copious Alphabetical Index. In Two Volumes. London, printed for J. Roberts, 1729 form. maj. nitid.

576. 190. Novum Testamentum Graecum Germanicae illustratum. Oder das griechische Neue Testament mit teutschen Noten nebst einer Vorrede herausgegeben von Christian Neudecker Pfarrer zu Paßdorf. Halle 1730. 32. zu finden in der Rengerschen Buchhandlung.

Sequitur editionem Mastricht, cuius etiam canones critici, prolegomena et notae in fine recusa sunt.

577. 191. Της καινης διαθηκης απαντα. Novi Testamenti Libri Omnes, interprete Sebastiano Schmidio. Accedunt &c. ut No. 571. Recensuit *Christ. Frider. Wilisch*. Chemnitii 1730 apud Joh. Christoph. et Joh. David Stösselium.

Eadem editio esse videtur quae antecedens 571, recusa anno Jubilaei 1730 novo tantummodo titulo.

578. 192. Η καινη διαθηκη. Das ist, das Neue Testament Griechisch und Teutsch ꝛc. wie 572. von Christian Friedrich Wilisch. Chemnitz, 1730 bey J. C. und J. D. Stösseln.

579. 193. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum ad probatissimos Codices accurate revisum, Summariis singula Capita dividentibus, copiosis locis parallelis et praecipuis Variantibus Lectionibus instructum, Observationibus Philologicis, Criticis et Exegeticis illustratum cura et studio *Christiani Stockii*, Prof. Jenae apud viduam Meyerianam, 1731. form. maj.

580. 194. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum Graecum ad optimas quasque Editiones collatum et excusum adjectis nonnullis Variantibus Lectionibus et Notis, nec non Harmonia Evangeliorum et Chronotaxi Actuum Apostolicorum accurante M. *Christiano Reineccio*. Lipsiae 1733 apud Bernh. Christo. Breitkopfium. (Editio 2.)

581. 195. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum graecum (cum var. lection.) inseruiente *Jo. Alberto Bengelio*. Stuttgardiae exc. Dan. Benj. Faber a. 1734.

582. 196. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum &c. ut N. 568. per G. D. T. M. D. Editio altera priori auctior atque emendatior. Amstelaedami apud J. Wetstenium et G. Smith, 1735.

583. 197. Novum Testamentum Graecum ad Probatissimorum Codicum Exempla Summa Diligentia recognitum Chartarum ac Typorum elegantia magnifice adornatum capitum argumentis ac locis parallelis curatius instructum Notis pariter Theologicis ac Philologicis illustratum, vitiosa contra interpugnandi ratione Textum disturbante qua Codices vulgo premuntur et Mendis Typographicis pro virili liberatum perpurgatumque a *Christiano Sigismundo Georgio*, Prof. Wittebergae, sumptibus Jo. Michaelis Teubneri, 1736.

584. 198. Α. Ω. Novum Testamentum Graecum ad probatissimorum Codicum Exempla summa diligentia recognitum Versione Latina Benedicti Ariae Montani donatum Chartarum &c. (ut in No. antecedenti) a *Christiano Sigismundo Georgio*. Wittebergae, Sumt. Michaelis Teubneri, 1737. Voll. II.

585. 199. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum Graecum ita adornatum, ut Textus probatarum editionum medullam, margo variantium lectionum in suas classes distributarum locorumque parallelorum delectum exhibeat curante *Andrea Buttigio*. Lipsiae ex Officina Weidmanniana, 1737.

586.

586. 200. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum Graecum, ita adornatum ut in Textu medulla editionum probatarum retineatur, atque in margine ad discernendas lectiones genuinas, ancipites, sequiores, ansa detur, inserviente *Jo. Alb. Bengelio.* Excudebatur 1734 Stutgardiae, nunc autem nova Editoris praefatione instructum prostat Tubingae in Bibliopolio Bergeriano, 1738.

587. 201. Novum Η καινη Testamentum διαθηκη Domini Nostri του κυριου Jesu Christi Ιησου Χριστου ex Graeco in Latinum ad Literam versum, et subjecta Quadruplici Editione Vulgata, in Usum Theologiae Candidatorum accommodatum. Viennae Austriae 1740, Typis Leopoldi Joannis Kaliwoda. Volumina II. form. maj.

588. 202. Της καινης διαθηκης απαντα. Novum Testamentum. Edinburgi apud Th. et Wal. Ruddimannos, 1740. form. min.

589. 203. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum Graecum ad optimas quasque editiones collatum &c. (ut No. 580) accurante M. *Christiano Reineccio.* Lipsiae 1742 apud Bernh. Christo. Breitkopfium.

Editio 3 a Maschio omissa.
Praefatio est prima anni 1725.

590. 204. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum Graecum. Textu per omnia Milliano, cum Divisione Pericoparum et Interpunctura *J. A. Bengelii.* Oxonii e Theatro Sheldoniano. Impensis E. Broughton Bibliop. 1742.

Editio Maschio non cognita.
Praefatio brevis: „Non opus erat ut Libellus ad quotidianos usus destinatus, simul „laudi, simul invidiae, Criticae alicujus Editionis se immisceret. Adeo quod„cunque Vir Eruditus Jo. Alb. Bengelius in Editionibus suis (majore et minore) „circa ipsas voces N. Testamenti, ausu nimirum quodam, etsi felici praestitit; „apud illum ut visatur malumus. Satis erat nobis, minora quaedam et externa, „sed utilitatem suam illico praeferentia, inde mutuari." De quibus ipse sic loquitur: Interpunctationes — — revidimus non perfunctorie. Ab his &c. continet paginas 557. Textum exhibet sine variis lectionibus.

591. 205. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum Graecum. In Sectiones divisit, Interpunctiones accurate posuit et Dispositionem Logicam adjecit *Christianus Schoetgenius.* Lipsiae et Goerlicii in Bibliopolio Marchiano 1744.

In fine: Lipsiae excudebat B. C. Breitkopf.

592. 206. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum ex Optimis Codd. summa fide recensitum. Accesserunt Loca Parallela in Usum sacrar. Litte-

rarum Studiosorum accurate selecta. Basileae Typis viduae Johannis Conradi a Mechel, 1749.

Antonius Birrius Praefationem praefixit.

Editio nitida, a me accuratius in historia biblica descripta; Maschio ignota.

593. 207. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum. Glasguae in Aedibus R. Urie. Prostant venales apud J. Barry Bibliopolam, 1750.

Exemplum lato margine praeditum.

594. 208. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum Graecum ita adornatum ut in Textu Medulla Editionum probatarum retineatur, atque in margine ad discernendas Lectiones genuinas, ancipites, sequiores, ansa detur, ex iterata recognitione *Jo. Alb. Bengelii.* Tubingae Impensis Chr. Henr. Bergeri, 1753.

Est tertia Editio Bengeliana in 8vo.

595. 209. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum Graecum ad optimas quasque editiones &c. (ut No. 580) accurante M. *Christiano Reineccio.* Lipsiae apud B. Chr. Breitkopfium, 1753.

Est Editio Quarta.

596. 210. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum. Stregnesiae Impressum a Laurentio Arv. Collin, 1758.

Hanc editionem recensui in historia biblica.

597. 211. Η καινη διαθηκη sive Novum D. N. J. C. Testamentum Graecum cum Variantibus Lectionibus, quae demonstrant Vulgatam Latinam ipsis e Graecis N. T. Codicibus hodienum extantibus Authenticam. Accedit Index Epistolarum et Evangeliorum, Spicilegium Apologeticum et Lexidion Graeco-Latinum. Cura et opera P. *Hermanni Goldhagen* Societ. Jesu. Editio Catholica Novissima. Moguntiae Sumptibus Francisci Varrentrapp, 1753.

598. 212. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum Graecum ita adornatum, ut in Textu &c. (ut No. 594) ex iterata recognitione *Jo. Alb. Bengelii.* Tubingae, Impensis Chr. Henr. Bergeri, 1762.

599. 214. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum Graecum. In Sectiones divisit, Interpunctiones accurate posuit, et Dispositionem Logicam adjecit *Christianus Schoetgenius.* Editio Nova. Vratislaviae, apud Jo. Michael Gampertum 1765, (cum praefat. prioris editionis.) In fine dantur Annotationes breves, rationem praecipuarum mutationum reddentes, et ad calcem: Lipsiae excudebat B. C. Breitkopf et Fil.

600. 214 Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum Domini Nostri Jesu Christi cum Scholiis Theologicis et Philologicis, in quibus Loca Varia N. T.

tam

tam ex celeberrimis Veterum Interpretum Commentariis; quam ex uberrimis Eruditorum hujus et superioris Saeculi Lucubrationibus illustrantur, Phraseologia explicatur, et Sensus genuinus eruitur. Opus in gratiam Juniorum fideliter excerptum, et quibus desunt largiora volumina in Epitomen redactum. Errare possum, Haereticus esse nolo. S. Aug. In Duobus Voluminibus. Vol. I. Londini: Impensis Editoris. Prostant apud S. Bladon 1768, Vol. II. Londini, Typis Gul. Richardson et Sam. Clark. Impensis Editoris 1768. Form. Maj. Exemplar Nitidum.

601. 215. *Christiani Friderici Schmidii* Prof. Lips. Observationes in Epistolam Catholicam S. Judae Historicae, Criticae, Theologicae, quibus Verba difficiliora collatis locis litterarum S. et Versionibus Veteribus Graecis pariterque orientalibus utriusque foederis illustrantur, Ritus Sacri enarrantur, res tractatae explanatione perpetua declarantur. Lipsiae apud Udalr. Christ. Saalbachium, 1768.

Textus Graecus, qui in κεφάλαια tria dividitur, superius in Paginis 83 exhibetur, sub quo notae uberiores exstant.

Sequitur in primis Textui Bibliorum Complutensium.

602. 216. Libri Historici Novi Testamenti Graece, Pars Prior sistens Synopsin Evangeliorum Matthaei, Marci et Lucae. Textum ad fidem Codicum, Versionum et Patrum emendavit et Lectiones varietatem adjecit *Jo. Jac. Griesbach.* Halae apud Joh. Jac. Curt, 1774.

Libri Historici Novi Testamenti Graece, Pars Posterior, sistens Evangelium Joannis et Acta Apostolorum. Textum &c. *J. J. Griesbach.* Halae apud Joh. Jac. Curt, 1775.

Novum Testamentum Graece, Textum &c. *J. J. Griesbach.* Volumen II. Epistolas omnes et Apocalypsin complectens. Halae apud J. J. Curt, 1775.

603. 217. Η καινη διαθηκη. Novum Testamentum Graecum ita adornatum, ut in Textu — — — ex iterata recognitione b. *Jo. Alb. Bengelii*, accedit Quartae huic manuali Editioni Tabula Critica, Judicii Bengeliani diversas periodos succincte exhibens. Tubingae, Impensis Chr. Henr. Bergeri, 1776.

Titulus huius appendicis intellectu difficilis his verbis continetur: Tabula Critica quae Criseos Bengelianae diversas periodos collatis inter se tum utriusque N. T. Graeci editionis margine, tum spicilegio Critico in Gnomonis Ed. 1. obvio ita exhibet, ut, quae interjecti bene longi temporis usus et Mutanda et Stringenda et Relaxanda b. Bengelio suppeditavit, uni nunc lectorum obtutui pateant. Auctore M. Ernesto Bengelio Eccl. Tubing. Diacono. Tubingae in Libraria Bergeriana, 1776.

910. 13. Fragmenta veteris testamenti ex versione aethiopici interpretis, ut et alia quaedam opuscula aethiopica ex aeth. lingua in latinam transtulit eaque cum praefatione nunc demum edita ad N. T. aeth. latinam translationem ante hac jam editam, apdendicis instar addidit *Chr. Aug. Bodius*, LL. OO. in acad. Helmst. P. P. E. Guelpherbyti, ex Off. Meisneriana MDCCLV.

Libellus, praemissa praefatione, continet caput IV. Geneseos, canticum Mosis Exod. XV, orationem eiusdem Deut. XXXII. librum Ruthae canticum Annae a Sam. II. Canticum canticorum, preces Jesaiae et Hiskiae; prophetias Joelis, Jonae, Habakuk, Sophoniae et Malachiae et apocrypha Danielis, omnia ex aethiopico in latinum conversa. A.

PLVTEVS XII.

VERSIO PERSICA.

IN FOLIO.

911. 1. Quatuor Evangeliorum domini nostri Jesu Christi versio persica, Syriacam et arabicam suauissime redolens, ad verba et mentem graeci textus fideliter et venuste concinnata. Codicibus tribus Mss. ex oriente in academias utrasque Anglorum perlatis — diligenter collatis. Per *Abrah. Wheloecum* L. ar. et Sax. Cantabr. P. P. Sub auspiciis et impensis — D. Thomae Adamis *viri patricii.* — Londini, Typis Jacobi Flesheri M DC LVII.

Persice et latine, cum adnotationibus in calce singulorum, capitum adiectis. A.

IN QUARTO.

912. 2. عنصرهاي زبان فارسي Rudimenta linguae persicae authore *Ludovico de Dieu.* Accedunt duo priora capita Geneseos, ex persica translatione *Jac. Tawusii.* Lugd. Bat. ex Officina Elseviriana, anno CIↃ IↃ CXXXIX.

913. 3. Evangelium sec. Matthaeum ex versione Persici interpretis in Bibl. polyglottis Angl. editum. Ex Persico idiomate in latinum transtulit simulque

que de perſica IV Evangeliorum verſione praefatus eſt *Chriſtoph. Aug. Bodius* A. M. Helmſtadii, ex Off. Meiſneri MDCCL.

Latina tantum, ut cetera huius auctoris quae ſequuntur.

914. 4. Evangelium ſecundum Marcum ex verſione Perſici interpretis — — in latinum tranſtulit, ſimulque annotationum — — vicem praefando expleuit *Chriſt. Aug. Bodius* A. M. Helmſtadii, ex Officina Meiſneri MDCCLI.

915. 5. Evangelium ſec. Lucam ex verſione Perſici interpretis — — — in lat. tranſtulit ſimulque annotationum — — vicem praefando expleuit *Chriſtoph. Auguſt. Bodius* A. M. Helmſtadii, ex Officina Meiſneri, M DCC LI.

916. 6. Evangelium ſecundum Joannem ex verſ. perſici interpretis — — in latinum tranſtulit et praefando partim annotationum — — vicem expleuit, partim de inſigni linguae perſicae cum germanica harmonia diſſeruit *Chriſtoph. Aug. Bode* A. M. Helmſtadii, in Officina Meiſneri, M DCC LI.

In Octavo.

917. 7. انجيل لوقا Alio titulo caret.

Continet libellus Evangelium Lucae perſice, excuſum, ut e typorum forma cet. apparet. Halae, in inſtituto judaico, ſine anno.

PLVTEVS XIII.

VERSIO TVRCIA.

In Quarto.

918. 1. Domini noſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum nouum. Turcice redditum. Opera *Gu. Seaman.* Oxoniae, excudebat H. Hall, 1666. (Titulus turcicus ſuperadditur latino.)

919. Quatuor prima capita Geneseos turcice et latine. Ex gemino Pentateuchi Mosaici Mss. codice turcico eruit, latine vertit, notulasque adspersit *Nic. Guil. Schroederus* J. J. fil. Marburg-Hassus. Lipsiae, litteris Takkianis ꟾↄ ꟾↄ cc xxxx.

920. 3. Duo prima capita Evangelii sec. Matthaeum cum oratione dominica cap. VI. v. IX — XIII. et pericopa pentecostali Act. II, 1 — 13. ex versione Turcici interpretis, Oxoniae, A. D. MDCLXVI edita — in latinum transtulit, LXXX prouerbia turcica latine subiunxit atque tam de turc. linguae origine et. — quam de hoc specime turcico, praefatus est *Christoph. Aug. Bodius* LL. OO. Helmst. PP. Bremae, in bibl. Rumpiano M DCC LVI.

Latina tantum a turcico versa.

IN OCTAVO.

921. 4. كرازة يسوع المسيح وهو عيسى النبي

Concio Christi montana, turcice, f. anno et loco. Sed excusa est Halae in instituto Judaico. Sub finem additum يوحنانك انجيلي فصلا (h. e. Evangelii Joannis caput I.)

922. 5. يوحنانك قاتوليكينه اولكي رسالتي در

Joannis apostoli epistola prima, turcice, sine anno et loco. Halae, autem excusa est in instituto Judaico.

923. 6. انجيل لوقا Lucae Euangelium turcice. Seorsum recudi curauit D. *Jo. Henr. Callenberg.* Halae, in typographia orientali instituti Judaici et Muhammedici, ꟾↄ ꟾↄ cc xxxxv.

PLVTEVS XIV.

VERSIO COPTICA.

IN QUARTO.

924. ϮΔΙΑΘΗΚΗ ⲘⲂⲈⲢⲒ ϦⲈⲚ ϮⲀⲤⲠⲒ ⲚⲦⲈⲚⲒⲢⲈⲘⲬⲎⲘⲒ h. e. Nouum Testamentum Aegyptium, vulgo Copticum, ex Mss. Bodleianis descripsit, cum Vaticanis et Parisiensibus contulit et in lat. sermonem conuertit *David Wilkins* eccl. angl. presbyter. Oxonii, e theadro Scheldoniano, typis et sumptibus Academiae 1716.

Versio Aegyptiaca dialectus Memphiticae. E regione additur versio latine. In prolegomenis varietates hujus versionis, quibus a graeco discrepat, observantur. A.

PLVTEVS XV.

VERSIO ARMENA.

IN QUARTO.

925. I. Pars altera Bibliorum armeniacorum, excus. Amstelod. 1666. Incipit hic tomus libro Jobi: sequuntur Psalmi, Proverbia et reliqua opera Salomonis, libri Jesus Siracidis, Jesaias, Jerem. Baruch, Ezechielis, Danielis, Proph. minor. et nouum Testamentum, nitidiss.

Fuit olim biblioth. Baumgartianae κειμήλιον. S. J. Baumgartens Nachrichten merkw. Bücher B. IX. S. 189.

926. 2. ԱԲԴԻԱՍ ՀԱՅԿԱԶՆ id est, Obadias Armenus, quo cum analysi vocum armeniacarum grammatica, et collatione

tione versionis Armeniacae cum fontibus aliisque — versionibus, exhibetur primum in germania specimen characterum armenicorum, in cl acad. Lips. procuratorum, a *M. Andrea Acolutho*, Vratislav. Siles. a. MDCXXC. Lipsiae, typis Justini Brandi.

In Octavo.

927. 3. Psalmi Davidici a *Dudleio Loftusio* J. V. D. summae Curiae Cancellariae in Hibernia magistro — — et Rmi Johannis Archiepisc. Armachani vicario generali, ab Armeniaco idiomate in latinum versi. Deficit titulus.

928. 4. ՆՈՐ ԿՏԱԿԱՐԱՆ ՍՈՒՐԲ ԱՒԵՏԱՐԱՆԻ ՏԵԱՌՆ ՄԵՐՈՅ ՅԻՍՈՒՍԻ ՔՐԻՍՏՈՍԻ. [illegible]. 1668.

Sine titulo latino. Continet hic liber splendide exaratus tantum nouum Testamentum armenice, excusum 1668.

In Duodecimo.

929. 5. ԱՍՏՈՒԱԾԱՇՈՒՆՉ ՆՈՐ ԿՏԱԿԱՐԱՆ — — — ՅԱՍՄԻ՝ ՏԵԱՌՆ. 1689.

(Caret titulo latino. Nouum testamentum armenice — — 1698.)

PLVTEVS XVI.

VERSIO DAMVLICA.

In Quarto.

930. 1. Biblia Damulica seu — — Veteris Testamenti pars prima, in qua Mosis libri V, Josuae liber atque liber Judicum studio et opera *Bartholomaei*

lomaei Ziegenbalgii, Missionarii, ad Indos Orientales in linguam Damulicam versi continentur. Tranquebarae, in littore Coromandelino typis et sumtibus missionis Danicae MDCCXXIII.

Biblia Damulica seu — — Veteris testamenti pars secunda in qua Libellus Ruth — — liber Cantici Canticorum — studio et opera *Bartholomaei Ziegenbalgii* et *Benj. Schultzii* Missionariorum in linguam damulicam versi continentur. Tranquebarae — MDCCXXVI.

Ejusdem pars tertia — (Prophetae majores et minores) studio — *Ziegenbalgii* et *Schultzii*. — Tranquebarae MDCCXXVII.

Libri apocryphi — — studio et opera — *Ziegenbalgii* et *Schultzii* in linguam Damulicam versi. Trangambariae — MDCCXXVIII.

Bibliorum Damulicorum Testamentum nouum — opera *Barth. Ziegenbalg* et *Jo. Ern. Gründler*. Tranquebarae 1714.

E regione additur titulus Malabaricus. Textus in columnis exaratus. Evangelia et Acta apost. est prima editio anni 1714, regi Friderico IV. dedicata. Charta et typus in singulis partibus differunt.

931. 2. மத்தெயுடைய சுவிசெஷம்

Het heylige Evangelium — Jesu Christi, na de Beschryvinge van den heiligen Apostel en Evangelist Mattheus, uyt de oorspronkelyke griekse in de Malabaarse Tale overgebragt en behoorlyk na Kerken ordre gereviseert. Gedrukt tot Colombo in's Compagnis Druckerye, a. 1741.

Splendidissima editio. Typi omnium quos vidi Malabaricorum nitidissimi, Tranquebaricis multo elegantiores. Duabus columnis disposita est editio, et tota Malabarica. Absoluitur XV plagulis. A.

932. 3. Nouum testamentum malabarice, Çolombo impressum. Titulus et totus liber Malabarice tantum exaratus. Editus in urbe

கொழும்புலெ studio opera

புரொஞ்கெவெல்ஸ் et பெய்ழுரதெக

Formarum typorumque elegantia antecedenti non cedit. Minoribus sed nitidis litteris, duobus etiam columnis, exaratum. A.

In Octavo.

933. 4. Nouum Jesu Christi Testamentum ex originali textu in linguam Damulicam versum opera et studio *Bartholomaei Ziegenbalgii* et *Jo. Ern.*

 Gründ-

Gründleri — Daniae regis Friderici IV. ad Indos orient. mission. Editio secunda correctior et accessione summariorum, cujusvis capitis auctior. Tranquebariae — typis Damulicis missionis Danicae MDCCXVIII. litt. minut. nit.

Benj. Schultze latinam praefationem anno 1722 scriptam praemisit.

934. 5. Historia Passionis Jesu Christi filii Dei et Mariae virginis Damulice ex quatuor Evangelistis conscripta a *Benjamin Schultze* mission. danico. Tranquebariae in Offic. missionis danicae MDCCXXIII.

935. 6. Liber Psalmorum Davidis regis et prophetae ex originali textu in linguam Damulicam versus opera et studio *Benjamin Schultze* ad Indos Orientales Missionarii. Tranquebariae 1724.

Habet praefat. lat. Benj. Schulzii.

936. 7. Evangelium Matthaei de domini nostri Jesu Christi qui est filius Dei, nativitate humana, doctrina cet. Editio tertia, prioribus ad genium linguae tamulicae textumque originalem curatius exacta, succinctisque summariis atque parallelismo historico et exegetico adornata. Trangambariae — MDCCXXXIX.

937. 8. Liber Psalmorum Dauidis — in linguam Damulicam versus opera *B. Schultze.* Editio recentior a. 1747. Haec editio titulo latino et praefatione latina destituitur.

Sequitur haec editio recentior priorem numero paginarum linearum et vocum, quas singulae lineae continent, sed tamen non est eadem. Aera 1747 scripta est in tergo tituli. A.

938. 9. Domini nostri Jesu Christi, qui est servator mundi, noui foederis libri — — editio tertia. Trangambariae typis sumtibusque missionis Danicae a. MDCCLVIII.

Vere a praecedente 933 diversa editio, sine dedicat. vel praefatione.

939. 10. The Malabar New Testament of our Lord and Saviour Jesus Christ. Excusum கிறிஸததுபிறநத ௲௭௱௭௨௫ செனனபணணததிலஅசசடிகபபடது Madrasi. Editio perquam rara.

Eodem typorum genere exarata, quam editiones Tranquebaricae. Quinque paginis praemittitur praefatio malabarica. A.

In

IN DUODECIMO.

940. 11. Dicta biblica ex codice sacro selecta, secundum ordinem, articulorum theologiae theticae collecta, in usum scholarum ecclesiae Tamulicae, ad perdiscendum spatio LII hebdomadum accommodata et in duas partes repartita. Trangambariae, typis missionis danicae anno Christi MDCCLXII.

941. 12. Historia passionis, mortis, resurrectionis et ascensionis Jesu Christi, filii Dei et Mariae virginis, tamulice, ex IV Evangeliis conscripta. Editio tertia. Trangambariae, ex Officina missionis Danicae, anno MDCCLXVI.

942. 13. Appendix ad Psalterium Dauidicum, sine loco et anno, et titulo tantum malabarico, 4 folia.

Obs. Omnes editiones Malabaricae Tranquebariae excusae eodem typorum genere, minuto et in quibusdam satis usu detrito, exaratae videntur. A.

PLVTEVS XVII.

VERSIO INDOSTANICA ARABICIS LITTERIS EXARATA.

IN OCTAVO.

943. 1. Quatuor priora Geneseos capita indostanice, translata a *Benj. Schultzio*, Missionario Evangelico, edidit *Callenberg*. Halae, in Typographia orientali instituti Judaico-muhammedici CIↃ IↃCC XXXXV.

944. 2. Psalterium Davidis in linguam Indostanicam translatum a *Benj. Schultzio*, Missionario Evangelico in India. Edidit et praefatus est D. *Jo. Henr. Callenbergius*, Th. et Phil. P. P. O. Halae, in typ. instituti orient. CIↃ IↃCC XXXXVII.

945. 3. Liber Danielis et quaedam ex apocryphis in linguam Indostanicam translata a — *Benj. Schultzio* — edidit D. *Jo. Henr. Callenbergius* — Halae, in typ. inst. jud. — CIↃ IↃCC XXXXVIIII.

946. 4. Evangelium Lucae in linguam Indostanicam translatum a — *Benj. Schultzio* — — edidit D. *Jo. Henr. Callenbergius.* — Halae, ibid. CIↃ IↃ CC XXXXIX.

947. 5. Acta apostolorum in ling. Indostanicam translata a — *B. Schultzio* edidit D. *J. H. Callenberg.* Halae, ib. CIↃ IↃ CC XXXXVIII.

948. 6. Pauli Apostoli epistola ad Romanos in ling. Indostanicam translata et edita ab iisdem, ibidem CIↃ IↃ CC XXXXVIIII.

Pauli ep. ad Corinthios I. et II. ab iisdem ibid. eod.

Pauli ep. ad Galatas ab iisd. ibid. eod.

Ad Philippenses ib. eod.

Ad Thessalonicenses I. et II. ab iisdem. Halae, in typogr. or. instit. Judaici MDCCL.

Ad Timotheum I. et II. ab iisd. ibid. MDCCL.

Ad Titum ab iisd. ibid. MDCCL.

Ad Hebraeos ib. MDCCL.

PLVTEVS XVIII.

VERSIO MALAICA.

IN QUARTO.

949. 1. Het niewe Testament — — in Neder-duyts ende Malays, na der grieckscher waerheyt overgeset. Jang Testamentum Baharu. Artin'ja: jangd' jand' ji baharu Tuhan-ku Jesu Christi: bersalim kapada bassa Hulanda daan bassa Malajû, seperti jang Adillan bassa Gregu. Gedruckt t' Enckhuysen by Jan Jacobsz Palensleyn 1629.

Hol-

Hollandica litteris Batavis propriis exarata, Malaica latinis. Continet tantum Evangelium Matthaei, eoque finitio Decalogum cant. Zachar. cet. vel, ut titulum suis verbis referam, *volgen eenige Lofsangen midtsgaders andere ghebeden sangwyse in onse christelyke Kerke gebryckelyckt.* A.

950. 2. Het nieuwe Testament — — in Nederduytsch ende Malays cet. Jang Testamentum Baharu cet. T'Amsterdam gedruckt door ordre van de E. Heeren Bewinthebberen der Oostindische Compagnie anno 1638.

Hollandica in hac altera quoque editione litteris Hollandicis excusa et Malaica latinis. Continet Matthaeum et Marcum, iisque finitis hymni, ut in antecedenti, volumen absolvunt. A.

951. 3. Het heylige Evangelium, beschreven door Lucas ende Johannes, overgeset in de Malaische Tael door *Jan van Hasel*, wylen Directeur, overgesien ende verbetert door — D. *Justum Heurnium.* — — T'Amsterdam gedruckt door ordre van de E. E. Heeren Bewinthebberen der Oostindische Compagnie — — 1646.

Lucam excipit Joannes. Excusa ut antecedentia, duabus columnis. Hollandica litteris Hollandicis, et Malaica latinis.

952. 4. Vijftigh Psalmen — — Davids, overgeset in de Maleysche Taele door *Jan van Hasel* — — overgesien — — door *Justum Heurnium.* — — Met XIV Predicatien in de Maleysche Tael. t'Amsterdam ab iisd. 1648.

Malaica tantum, sine versione Latina: sed malaica litt. latin. excusa.

953. 5. De vier heylighe Evangelien, beschreven door de vier Evangelisten Matth. Marc. Luc. Joh. ende het Boek van de Handlingen de H. Apostelen — in Nederduyts ende Malays. — — Ende zyn de twee eerste Evangelien in de Maleysche Tale ghesteldt door den E. *Albert Ruyl*; de twee laetste der selver, door den E. *Jan van Hasel*, ende alle vier oversien ende verbetert nae den originelen Text door *Justum Heurnium.* De Handel. der H. Apost. zyn in de Maleysche Tale gesteldt door *Justum Heurnium.* — — T'Amsterdam ab iisd. 1651.

Malaica latinis, hollandica hollandicis typis excusa, per 2 col. disposita. Ad calcem adduntur hymni ut n. 949.

954. 6. Den Psalter — — — gestelt in de Nederduytsche en Maleysche Tale, na de grieecksche Waerheyde: ende zyn de eerste vijftig Psalmen overgeset — — door den E. *Jan van Hasel*, dewelke zyn verbetert ende de 100 laetste in de selve taele gestelt door den E. *Justum Heurnium.* — — t'Amsterdam ab iisd. 1652.

Exarat. ut anteced.

955. 7. Het eerste Boeck Mosis, genaemt Genesis. — — Nederduytsch end Maleysch — — over-gheset door. *Daniel Brouwerius* — — Genesis attau kitab deri miaraham, Kitab Mosis Nang bermoula, — — in s'Gravenhage, jussu eorund. apud hered. Hillebrandt Jacobsz van Wouw 1662.

Exar. more anteced.

956. 8. Jang ampat Evangelia daan Berboatan derri Jang Apostoli Bersacti, Bersalim dallam Bassa Malayo, that is, the four Gospels of our Lord Jesus Christ and the Acts of the holy Apostles, translated into the Malayan tongue. Oxford printed by H. Hall — 1677.

Malaica tantum, litt. latinis, cum docta praefatione ad historiam faciente Thom. Marschalli.

957. 9. Het eerste Boeck Mosis genaemt Genesis — — overgeset door *Daniel Brouwerius* — — (cf. 955 idem Titulus Mal.) t'Amsterdam — — gedruckt by d'Erfg. Paulus Matthysz 1687.

958. 10. Jang ampat Evangelia — — that is, the four Gospels — — and the acts of the holy Apostles (cf. n. 956.) The second Edition. Oxford printed for Henry Clements 1704.

Singularum paginarum, linearumque numero et ordine conuenit cum priori 956. Exarata ut omnia antecedentia litt. latinis. A.

959. 11. 'Elkha Wlu-'ldjadîd 'ya 'îtu, segala sûrat perdjandji[a] an bahâruw, cet. Dibendar 'Amsterdam, tertarâ 'awleh R. dàn Dj. Wet[a] istejn, Peñarâp Kompanijâ MDCCXXXI. (h. e. N. T. Malaicum. Amstelod. apud Wetstenium et socios.)

960.

960\. 12. Elkitâb 'ya 'itu, segala surat Perdjandji'an lama cet. Dibendar Amsterdam cet.

(Vetus testamentum Malaicum, Amstel. apud Wetstenium et socios MDCCXXXIII.)

Omnia ut in antec. latinis litt. exarata, 2 col.

In Octavo.

961\. 13. Testamento Barou — derri pada Pandita *Daniel Brouwerius.* — — De Negri Amsterdam — — bapra de dallam Paulo Matthéo — 1668.

962\. 14. Pentateuchus Malaicus, litteris arabicis. Excusus Batauiae 1744. Sine tit. Unicus omnium libror. Malaicorum hactenus laudatorum, qui litt. arabicis sit excusus, rariss. et nit.

PLVTEVS XIX.

VERSIO SINGALESICA.

In Quarto.

963\. Het heylige Evangelium onsers Heeren en Zeligmakers Jesu Christi, na de beschryvinge van de mannen Gods en H. Evangelisten Matth. Marc. Luc. en Johannes, uyt het oirspronkelyke Grieks in de Singaleesche overgebragt en behoorlyk gerevideert. Gedrukt tot Colombo, in s' Compagnies Boek-Drukkerye anno 1739.

Titulum latinum excipit folio sequenti Singalesicus, Singalesicis, quibus totus liber, litteris exaratus. In praefatione Hollandica animaduertitur, *Gustauum Wilhelmum van Imhoff* officinam typographicam Singalesicis typis instructam Colombi aperuisse, et hunc primum esse librum ex eadem editum. Praefationi nomen subscripsit editor, *Jo. Ph. Wetzelius*, qui hanc Evangel. versionem inter schedas *Wilhelmi Konyn*, se inuenisse scribit. A.

PLVTEVS XX.

VERSIO JVDAEO-GERMANICA.

IN FOLIO.

964 1. חמשה חומשי תורה נביאים וכתובים בלשון אשכנז
— — לדהאלוף התורני כמהור״ר יקותיאל בלא״א יצחק
ולח״ה — — באמשטרדם בבתו אורי וויבש תל״ט.
Biblia ſacra in linguam Judaeo-germanicam converſa *Jekutiel fil. Iſaaci.* Amſtel. ex Offic. Uri Veibes a. m. 439 (Chr. 1679.)

965 2. תורה נביאים וכתובים — — בלשון אשכנז — — אל
ידי הישיש הר״ר יוסף בר אלכסנדר זצ״ל — — —
באמשט׳ תמ״ז Biblia ſacra — — in linguam Judaeo-germanicam conuerſa auctore *Joſepho fil. Alexandri.* — — Amſtelodami a. m. 447. (Chr. 1687) ex Off. Emanuelis Attias.

IN QUARTO.

966. 3. חמשה חומשי תורה בלשון אשכנז — — ע״י הר״ר
יעקב בן הר״ר יצחק ז״ל — פרנקפורט דמיין
Pentateuchus, ex verſione Judaeo-germanica R. *Jacobi fil. Iſaaci* e poſteris R. Aſſer. Francofurti ad Moenum, ſine anno.

Finito Pentateucho adduntur Megillot et Haftarot, Judaeo-germanice.

967. 4. ספרי חבריית חודשה h. e. Nouum Teſtamentum hebraeo-teutonicum opera M. Chriſtiani Molleri, paſt. eccleſ. Sandov, deſcriptum. Francofurti ad Oderam, ſumptibus Michaelis Gottſchalckii anno 1700.

968. 5. Idem liber, eodem anno, ſed mutato titulo et praefatione. Aera in titulo hebraiſce, non latine exhibetur h. m.
נדפס פה פרנקפורט דאדרה — — שנת מולדת
לישוע הנוצרי א׳ ת״ש: (h. e. Excuſum Francof. ad Oderam, anno Chriſti 1700.)

In Octavo.

969\. 6. חמשה cet. d. i. Fünff Bücher des Newen Testaments, welcher Titel und Namen auff der andern Seitten des Blats zu finden: mit Ebreischen Buchstaben gedruckt — — durch M. *Eliam Schadeum*, vnd mit seinen Schrifften gedruckt, zu Straßburg. M D XCII. rar.

Continet, Evang. Lucae, Evang. Joannis, acta apost. Epist. Pauli ad Romanos, epistolamque ad Hebraeos. Adjecta in fine quaedam V. T. vaticinia et Psalmi.
Cf. Wolfii Bibl. Hebr. I. 169. II. 459. III. 108.
C. Calwör Herrlichkeit Jesu Christi.
De aut. M. Junius oration. Tom. I. 214. II. 308. A.

In Duodecimo.

970\. 7. ספר בראשית בלשון אשכנז נדפז בשנת תג"ז sine tit. latino (h. e. Genesis, Judaeo-germanice exaratus anno 497 Chr. 1737.) Est particula versionis Callenbergianae.

971\. 8. Exodus germanice litteris Judaeo-germanicis. Edidit Jo. Henr. Callenberg, Ph. Prof. publ. ord. Halae, in typographia instituti Judaici, CIↃ IↃCC XXXVII.

972\. 9 Leviticus ab eodem. Halae CIↃ IↃCC XXXVII.

973\. 10. ספר במדבר בלשון אשכנז נדפס בש' תצ"ז לפ"ק (h. e. Numeri, germanice, anno 1737.) Ex instituto Callenbergiano.

974\. 11. ס'אלה הדברים בל"א נדפס בשנת תצ"ח לפ"ק (h. e. Deuteronomium, Judaeo-germanice, anno 1738.) Ex eodem instituto.

975\. 12. ספר יהושע בלשון אשכנז נדפס בשנם תצ"ח לפ"ק (h. e. Liber Josuae, Jud. germ. a. 1738.) ibid.

976\. 13. Liber Judicum germanice litteris Judaico-germanicis. Edidit J. H. *Callenberg*. Halae, in typ. instituti jud. CIↃ IↃCC XXXVII.

977, 14. ספר שמואל א בל״א תצ״ח לפ״ק
ספר שמואל ב בל״א תצ״ח לפ״ק
(Liber Samuelis primus, anno 1738.
Liber Samuelis secundus, anno 1737.)
Ex eodem instituto.

978. 15. Liber regum prior germanice litt. Jud. germ. Edidit *Jo. H. Callenberg*. Halae, ib. CIↃ IↃCC XXXIX.

979. 16. ספר דברי הימים ב׳ תצ״ט (h. e. Liber Chronicorum secundus, jud. germ. a. 1739.) Ex eodem instituto.

980. 17. Psalmi germanice litteris Jud. germ. Edidit D. *Jo. Henr. Callenberg*. — — Halae, in typ. instituti judaici; MDCCXLII.

981. 18. Ecclesiastes germanice cet. *Callenberg*; ib. MDCCXLIII.

982. 19. מגלת רות בלשון אשכנז - תצ״ח — (h. e. Liber Ruth, judaeo-germanice, 1738.) Ex eodem instituto.

983. 20. Evangelium Matthaei, ductu Johannis Mulleri Sandov, litteris judaico-germanicis exscribi curauit *Jo. Henr. Callenberg*, Phil. Prof. P. Halae, in typogr. inst. Jud. CIↃ IↃCC XXXVI.

984. 21. ספר בשורה טובה על פי המבשר מארקוס לקוח
מספרים הנקראים ברית החדשה ומועתק מלשון
יון ללשון אשכנז — — בשנת תצ״ו לפ״ק
(h. e. Evangelium Marci e graeco in germanicum sermonem conuersum, — — anno 1736.) Ex eodem instituto.

985. 22. ספר בשורת טובה עלפי — — לוקאס — — — —
נדפס פעם שלישית בשנת תצ״ט — — כמו שנדפס
מקודם — — (h. e. Evangelium Lucae — — tertia vice impressum anno 1739, eodem modo, quo primum exaratum fuerat.) Ex eodem instituto, cum Praefatione germanica.

986. 23. Evangelium Johannis. In germanicum Judaeorum idioma transferri curauit ediditque *Jo. Henr. Callenberg*, Phil. Prof. publ. Halae, typis instituti Judaici CIↃ IↃCC XXXIV.

987.

987. 24. ספר מעשי השלוחים — תצ״ב לפ״ק (Acta apoſtolorum, ex graeco in germanicum conuerſa, anno 1732.) Ex eod. inſtituto.

988. 25. Pauli apoſtoli epiſtola ad Romanos, in germ. Judaeorum idioma transferri ac illuſtrari curauit ediditque *Jo. Henr. Callenberg*, Phil. Prof. publ. Halae, in typographia inſtit. jud. cIↄ Iↄcc xxxii. Cum praefamine latino, et praefatione longiori judaeo-germanica: item commentario germanico.

989. 26. Pauli apoſtoli prior epiſtola ad Corinthios, ab eodem ibidem, cIↄ Iↄcc xxxiv.

Pauli apoſtoli poſterior epiſtola ad Corinthios, ab eod. ibidem, anno cIↄ Iↄcc xxxv.

uterque libellus cum praefationibus latina et Judaico-germ.

990. 27. Pauli apoſtoli epiſtola ad Galatas. In germanicum Judaeorum idioma transferri curauit ediditque *Jo. Henr. Callenberg*. — Halae, inſt. jud. cIↄ Iↄcc xxxv.

991. 28. a. אגרת הפוילוס לא יושבי אפסוס
(Pauli ad Epheſios epiſtola ab eod. ibid. 1736.)
b. אגרת פוילוס — — אל יושבי פיליפים
(Pauli ad Philippenſes epiſtola, ibid.)
c. אגרת פוילוס — — — אל יושבי קולוסוס
(Pauli ad Coloſſenſes epiſtola ibid.)
d. e. Ad Theſſalonicenſes I. et II. ibid.
f. g. Ad Timotheum I. et II. ibid.
h. Ad Philemonem, ibid.
i. Jacobi epiſt. ibid.
k. l. Petri epiſtolae I. et II. ibid.

992. 29. a. Pauli apoſtoli epiſtola ad Titum. Ductu *Johannis Mulleri* Sandov, literis Jud. germ. exſcribi cuaurit Jo. Henr. Callenberg, Phil. P. P. O. Halae, inſt. jud. cIↄ Iↄcc xxxvi. b. Judae apoſtoli epiſtola, *Jo. Mulleri*, ibid.

993. 30. דער ערשטי בריף דעז הייליגן יוחנן (h. e. der erste Brief des heiligen Johannis) sine loco et anno.

994. 31. אגרת יוחנן — השנית — תצ"ו (Epistola Joannis secunda, ex graeco in Judaico-germanicum conuersa, a. 1736.)

995. 32. אגרת יוחנן — השלישית — תק"ב (Epistola Joannis tertia, Judaico germanice, anno mundi 502. Chr. 1742.)

996. 33. Epistola ad Hebraeos, in germ. Judaeorum idioma tansferri curauit edidit que *Jo. Henr. Callenberg.* Halae ex inst. jud. ɔɪɔ ɪɔcc xxxiv.

997. 34. חזיון יוחנן — תצ"ו — (Apocalypsis Joannis ab eod. ibid. anno 1736.)

998. 35. Lucae Evangelium in germanicum Judaeorum idioma transferri curauit edidit que *Jo. Henr. Callenberg,* Phil. Prof. publ. Halae ɔɪɔ ɪɔcc xxxv

BIBLIOTHECAE BIBLICAE LORCKIANAE

PARS II.

EDITIONES LATINAS ET AFFINIVM LINGVARVM CONTINENS.

ALTONAE,
LITTERIS J. D. A. ECKHARDT.

PLVTEVS XXI.

BIBLIA LATINA.

In Folio.

999. 1. Biblia Latina, litteris Gothicis, Venetiis 1475. Fr. de Heilbron et Nicol. de Frankfordia. Editio fere incognita, a me detecta et in primo tomo historiae biblicae a me ipso descripta. Exemplar nitidum et optime conservatum.

1000. 2. Biblia Latina. In fine deest folium unicum et in eo aera Editionis. Est vero certissime Editio Neapolitana rarissima anni 1476 per Matth. Moravum quam nitidissime expressa. Exemplar excepto illo folio optime conservatum. Caveas vero, ne credas, deesse etiam titulum, siquidem nec haec, nec sequentes Editiones antiquiores ullum Titulum habent.

Hoc Exemplar ipse descripsi in altero Tomo historiae biblicae.

1001. 3. Biblia Latina. In fine dicitur:

Anno incarnationis dnice. Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo. Augusti vero Kl'. tercio. Insigne veteris &c. — in regia civitate Nurnbergn per Antonium Coburger civitatis ejusdem incolam, cuius etiam industria q diligentissime fabrefactu. finit feliciter. Laus deo.

Conf. rev. Panzer de editionibus Nurnbergicis.

1002. 4. Biblia Latina. In fine dicitur:

Biblia impressa Venetiis opera atque impensa Theodorici de Reynsburch et Reynaldi de Novimagio Theutonicorum ac sociorum, 1478.

A me ipso descripta in primo tomo hist. bibl. p. 134.

1003. 5. Biblia Latina. In fine Apocalypseos dicitur:

Anno incarnationis dnice. Millesimoquadringentesimoseptuagesimooctavo. Novembris 'vo ijdus quarto. Insigne veteris novique testamenti opus. cum canonib. euagelistarumq; concordantiis. In laudem et gloriam Sancte ac individue trinitatis. Intemerate virginisque Marie impssum. In oppido Nurnbergn. per Antonium

nium Coburger, prefati oppidi incolam industria cujus q; diligentissime fabrefactum. finit feliciter.

Huius anni editio secunda, vid. Panzer.

1004. 6. Biblia Latina. In fine dicitur:

Anno icarnatiois dominice Millesimo qdringetesio. LXXIX. Ipsa vigilia Mathei apostoli. Qm insigne veteris noviq; testameti opus cum canonibus evagelistaru et eorum concordantiis. In laude et gloria sce ac individue trinitatis intemerateq; 'vginis marie impssum in civitate Coloniesi p Conradu de homborch: admissum et approbatu ab alma universitate Coloniesi. finit feliciter.

Recensuit hanc editionem Baumgarten, T. X. relationum suarum.

1005. 7. Biblia Latina, in fine Apocalypseos dicitur:

Anno incarnationis dnice. Millesimoquadringentesimooctuagesimo &c. conf. Baumgarten et Panzer.

1006. 8. Biblia Latina sine mentione loci et editoris et Typographi. In fine Apocalypseos exstant versus: Fontibus ex Graecis &c. MCCCCLXXXI.

Est tertia Editio hujus generis, quam in tomo secundo hist. bibl. cum quinque aliis hujus generis, quas possideo, descripsi.

1007. 9. Biblia Latina. In fine dicitur:

Insigne hoc opusculum — — — impensis Anthonii Koburger, Nurenberge. Anno Mill. quadr. octuag. secundo.

Editio haec inter editiones Koburgerianas prima est minoris formae sed Exemplar mutilum est usque in librum Exodi.

1008. 10. Biblia Latina. In fine Apocalypseos exstant Versus:

Fontibus ex Graecis &c. MCCCCLXXXII.

Editio hujus generis quarta, sed plane incognita, hinc rarissima, quam descripsi hist. bibl. T. II. p. 197.

1009. 11. Biblia Latina. In fine Apocal. dicitur:

Exactum est inclyta in urbe venetiarum sacrosanctum biblie volumen — — caracteribus. Magistri Johanis dicti magni. Herbort de filigenslat alemanni — — 1483.

Recensui hanc editionem in hist. bibl. T. I. p. 136 sq.

1010. 12. Biblia Latina, sed proh dolor Volumen II. tantum a Proverbiis incipiens, in cujus fine versus celebres: Fontibus ex grecis &c. sine mentione loci et typographi leguntur, sed aera tamen MCCCCLXXXIII.

Ma-

Maxima et optima editio hujus generis, quae ordine quinta, hic vero tertia est, quam descripsi in hist. biblica T. II. pag. 199 seq.

1011. 13. Biblia cum glossa ordinaria et expositione Lyre litterali et morali: nec non additionibus et replicis. Volumina V. 1485.

Sic emi hoc opus bilicum in auctione Hollandica optime conservatum et nitide compactum; in tergo uniuscujusque Voluminis indicium habet anni 1485. Sed falsum.

Diligenti adhibita inquisitione inveni, quatuor priora Volumina esse editionis Basileensis 1498, cujus infra pars quinta occurrit, quae ad impletionem hujus operis hic optime conducit. Volumen V. hujus operis prodit aliam editionem et quidem Nurembergensem. Sic enim in fine dicitur:

Exactum est Nurenberge insignis hoc ac inusitatum opus biblie una cum postillis venerandi viri ordinis minorum fratris Nicolai de Lyra — — characterе vero impressum habes jucundissimo: impensisque Antonii Kobergers. Anno incarnatae deitatis 1485.

1012. 14. Biblia Latina. In quorum fine versus exstant: Fontibus ex graecis &c. et MCCCCLXXXV.

Est Editio hujus generis sexta et inter meas quarta, quam descripsi in historia biblica T. II. pag. 201.

1013. 15. Biblia Latina, in quorum fine versus: Fontibus ex grecis &c. MCCCCLXXXVI.

Est Editio hujus generis septima et inter meas quinta, quam ipse descripsi loc. cit. pag. 203.

1014. 16. Biblia Latina. In quorum fine subscribitur:

Immensas — — — Impensis attamen et singulari cura spectabilis viri Nicolai Keslers ciuis Basileen. Anno legisnove Millesimoquadringentesimooctuagesimoseptimo. Vicesimo quarta Kal' nouẽbris.

Haec prima est editio Bibliorum Latinorum, quae suum habet titulum, sed quam simplissimum et breviсissimum, uno verbo redditum: *Biblia*, ut alii observarunt. Sed hic deest ille titulus. Uberius ipse hanc editionem raram descripsi loco citato pag. 180-189.

1015. 17. Biblia. Partes IV. Volumina II. sed valde spissa. In fine legitur:

Exactum est Nuremberge insigne hoc ac inusitatum opus biblie una cum postillis — — Nicolai de Lyra: cumque additionibus per — Paulum burgensem editis: ac replicis magistri Mathie doringk — charactere vero impressum habes iucundissimo: impensisque Anthonii kobergers p̄fate civitatis incole: Anno incarnate deitatis, 1487.

 die

die vero Nonarum III decembrium. De quo honor inuictissime trinitati nec non intemerate virgine Marie Jesu Christi gerule: Amen.

1016. 18. Biblia. Hic titulus solis his et quidem minoribus litteris in medio primi folii exstat et in tergo versus: Biblia quem retinet &c.

In fine Apocalypseos exstant versus: Fontibus ex grecis &c. MCCCCLXXXXIX.

Haec est ultima, inter meas sexta, alias octava editio hujus generis, fere incognita, hinc rarissima a me descripta in historia biblica T. II. p. 205. Exemplar optime conservatum.

1017. 19. Biblia: cum concordantiis: et terminorum hebraicorum interpretationibus.

In fine Apocalyps. "Immensas omnipotenti — — — cuius iuuamine hoc sacrosanctum opus in presidium sancte fidei catholice: solicitius emendatum: claris litteris impressum: feliciterque est consummatum. Anno legisnove Millesimo quadringentesimo octuagésimonono."

Hanc editionem perraram descripsi loc. cit. pag. 215-219.

1818. 20. Biblia. Hoc verbo continetur totus titulus, minoribus litteris non in media pagina, sed superius collocato. In fine interpretationum nominum hebraicorum legitur:

"Correcta et in capitulorum capitibus singulorum veteris et novi testamenti intitulata sufficienter fuit per venerabilem religiosum fratrem stephanum pariseti, ord. min. sacre theol. doctorem egregium. et inpressa p iacobum malieti. Anno domini millesimo CCCCLXXXX. die nono mensis Junii. Laus deo."

Hanc editionem perraram et fere incognitam descripsi loc. cit. pag. 211-215.

1819. 21. Biblia cum Concordantiis Veteris et Novi testamenti. Hoc modo titulus. In fine Apocalypseos legitur:

"Immensas omnipotenti deo patri et filio et spirituisctō. Simulque toti militie triumphanti: gratiarum referim9 actones. Cuius iuuamine hoc sacrosanctum opus in psidium scte fidei catholice: solicitī9 emendatū: claris litteris impssum: feliciterq; e consummatū. Anno legis nove. Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo."

Haec editio perrara a me descripta est in hist. bibl. T. II. p. 219-223.

1020. 22. Biblia Latina. Titulus et primum folium Prologi desunt.

In

In fine vero Apocalypseos legitur:

"Immensas omnipotenti deo patri — Et filio qui — Et spiritui sancto qui — Intemerateq; virgini in qua — Simulq; toti militiae triumphanti: gratiarum referimus actones. Cujus iuuamine hoc sacrosanctum opus in psidium — solicitius emendatum: claris litteris impressum: feliciterq; est consummatum. Impensis attame cum singulari cura spectabil' viri Nicolai Keslers civis Basilen. Anno legisnove Millesimoquadringetesimononagesimoprimo. Nona ianuarii."

Ad amussim sequitur priorem editionem anni 1489. Signo officinae Keslerianae in fine consignata est.

1021. 23. Prima pars venerabilis fratris Nicolai de lyra ordinis seraphici francisci (in testamentum vetus) tractans super toto corpore biblie. cum suis additionibus deq; replicis. et figuris sculptis.

Secunda pars Nicolai de Lira

Tertia pars Nicolai de Lira

Quarta pars Dni. Nicolai de Lira. cum suis additionibus &c.

In cujus fine legitur subscriptio:

"Exactum est Argentine insigne hoc ac inusitatum opus biblie una cum postillis venerandi — Nicolai de lyra. cumq; additionibus per venerabile epm Paulum burgensem editum ac replicis mgri Matthie dornick — charactere vero impressum habes iucundissimo. expletum deniq; Anno incarnatae deitatis. MCCCCLXXXXII. die vero Nonarum. III Novembrium. de quo honor inuictissime trinitati — Item prologorum biblie expositiones in hoc totali opere ab impressoribus inserte recepte sunt ex tractatu britonis. de expositionibus prologorum biblie. demptis expositionibus prologorum in quatuor euangelistas que sunt ipsius Nicolai de lyra, qui in secunda prefatione ante initium postille veteris testamenti posita excusat se de huiusmodi expositione prologorum."

Volumina IV.

Nomen typographi omissum. Contextus biblicus in media pagina duabus columnis divisus legitur.

1022. 24. Prima pars. Postilla fratris Nicolai de lyra de ordine minorum super Genesim Exodum Leuiticum Numeri Deuteronomium Josue Judicum

dicum Regum et Paralypomenon. cum additionibus pauli episcopi Burgen. replicisq; Mathie dorinck cumq; textu plano incluso.

Secunda pars postilla — — super libros Esdre — — et ecclesiasticum cum textu incluso.

Tertia pars. Postilla fratris — — super Esaiam — — et libros Machabeorum cum textu incluso.

Quartae partis titulus deest, in cuius fine dicitur:

Exactum est Nuremberge insigne hoc: ac inusitatum opus biblie una cum postillis — Nicolai de lyra: cumq; additionibus per venerab. — Paulum burgensem editis: ac replicis Mathie dorinck — — charactere vero impressum habes iucundissimo: impensisq; Anthonii kobergers p̄fate civitatis incole. Anno incarnate deitatis M. CCCCXCIII. die vero duodecima Aprilis. de quo honor &c. Volumina IV.

Contextus ut in antecedenti, divisus in duab. col.

1023. 25. Liber vite.

(Figura Petri cum titulo: Tu es Petrus.)

Biblia cum glosis ordinariis: et interlinearibus:
excerptis ex omnibus ferme Ecclesie
sancte doctoribus: simulq; cum
expositione Nicolai de lyra: et
cum concordantiis ĩ margine.

Pars secunda deest

Pars tertia titulo caret.

Pars quarta continet Novum Testamentum, in cuius fine dicitur:

"Glossa ordinaria una cum postill' ve. f. Nicolai de lyra Anno salutis n̄re MCCCCLXXXXV die vero ap̄lis XVIII. Venetiis ĩpressa p̄ Paganinum de paganinis brix. sũmo labore ac studio: nec non et emendata p̄ ven frẽm Bernardinum gadolum divi Michael' murani po̅re. Laus, honor &c. Amen."

Editio ob glossas additas insignis.

1024. 26. Biblia cum Concordantiis Veteris et Novi testamenti. Tunc sequitur effigies cum Inscriptione quae est effigies S. Hier. cum titulo: Sanctus Hieronimus interpres biblie.

Sequitur versus: Symmachus atq; Theodotion &c.

In

In fine legitur:

" Finit Biblia cu cocordatiis veteris et novi testamenti. Argentine ipssa Anno dni M. CCCC. XCVII. Sexto vero Kalendas May.

Haec Editio a me descripta est in hist. biblica Pars II. p. 223-228.

1025. 27. Prima pars Lyre.

Libri biblie cum postillis. additionibus et replicis, conenti in primâ parte Lyre. Genesis — — — Paral. I. II.

Secunda pars Lyre.

Libri Biblie cum postillis. additionibus et replicis, contenti in secunda parte Lyre. Esdre I — — — Ecclesiasticus.

Tercia pars Lyre.

Libri Biblie cu postillis: additionibus et replicis, contenti in tercia pte Lyre, Esaias — — — Machebeorum I. II.

Quarta pars Lyre.

Libri totius novi testamenti cum postillis additionibus et replicis, contenti in quarta parte Lyre.

In fine legitur:

"Exaratum est Nuremberge insigne hoc: et inusitatum opus biblie illustratum concordantijs utriusq; testamenti una cum postillis venerandi viri Nicolai de lyra cumq; additionibus p vener. episc. Paulum burgensem editis: ac replicis magistri Mathie dorinck — —' charactere vero impressum habes iucundissimo: impensisq; Anthonii Kobergers presate civitatis incole. Anno incarnate deitatis. M. CCCC XCVII. die verò sexta Septembris. De quo honor &c."

1026. 28. (Expositio Psalmorum per Augustinum cum textu intermixto.) Haec editio habet titulum communem, sed divitur in tres partes, quarum quaeque suum habet titulum, nempe Aurelii Augustini Prima Quinquagena. A. A Secunda Quinquagena. A. A. Tertia Quinquagena. In fine dicitur:

"Post exactam diligentemq; emendationem perfectum est insigne atque pclaru hoc opus explanationis psalmorum: diui ac magni doctoris augustini — — — Consummatum Basilee, p magistrum ioannem de Amerbach: Anno Dni M. CCCC, XCVII."

Se-

Sequitur: Principalium sententiarum in explanatione libri psalmorum divi Augustini Annotatio.

Paginarum numero caret. Typus nitidus.

1027. 29. Cassiodori Clarissimi Senatoris in Psalterium Expositio. Sic Titulus. In fine dicitur:

"Disertissimi atq; dignissimi sancte ecclesie doctoris Cassiodori, romane urbis quondam clarissimi senatoris: famatissima psalmorum expositio: post aliorum sanctorum patrum scpta exactissime digesta, dulcissimoque fonte purissime latinitatis irrigata: cum puigilanti emendationis studio: auctore omnium cooperate: arte impressoria pfecta est: p magistrum Johannem de Amerbach pclare, Basilien urbis ciuem. Anno dni M. CCCC. XCI."

Hic liber proprie non pertinet ad Biblia, sed additus est codici antecedenti appendicis loco.

1028. 30. (Pars V operis Biblici Lyrani Novum Testamentum continens) in fine:

"Opus totius Biblie cu glosulis tam marginalibus qua interlinearibus ordinariis: una cum venerandi patris Nicolai de Lyra postillis: moralitatibus: additionibus ac replicis: nec non — — per Johannem Petri de Langendorff et Johannem Froben de Hamelburg ciues Basilee. magna diligentia et opera: Basilee impressum: Anno dni Millesimoquadringentesimononagesimooctavo: kalendis decembribus."

Hic est Tomus ille Quintus, de quo ad n. 1011 jam mentio facta est. Si hic Tomus quatuor illis voluminibus adjicitur, Editio Basileensis 1498 rara completa fiet.

1029. 31. Biblia cum Concordantiis Veteris et Novi Testamenti. Effigies Hieronymi cum titulo: Sanctus Hieronymus interpres Biblie. Deinde versus: Simachus atq; Theodotion &c.

In fine apocalypseos legitur:

"Biblia cum casibus summarijs et concordantiis noui et veteris testamenti illustrata:- per Anthonium Koberger Nuremberge impssa finit feliciter. Anno post Christi nativitatem primo supra Millesimum et quingentesimum, die 24 mensis Marcii."

Breviter hanc editionem descripsi in hist. biblica T. II. pag. 265.

1030.

1030. 32. Biblia cum summariis concordantiis: divisionibus: et tribus repertoriis prepositis: terse et fideliter impressa.

(Signum Typographicum Petitianum.)

Venundantur ab Johanne paruo sub leone argenteo vici sancti Jacobi in Parrhisiorum Lutetia.

In fine apocalypseos:

"Immensas omnipotenti — — actiones. Cuius iuuamine hoc sacrosanctum opus in presidium sancte fidei catholice: sollicitius emendatum: claris literis impressum: multis elucidationibus auctum: feliciter consummatum: atque impressum in inclyto Parrhisiorum gymnasio. Anno legis nove Millesimo quingentesimo primo. Die vero xxviii mensis Julii."

Hanc editionem rariorem in forma minori ipse descripsi in histor. biblica Tom. II. pag. 228-232.

1031. 33. Textus biblie

cum { Glossa ordinaria, Nicolai de lyra postilla, Moralitatibus eiusdem, Pauli Burgensis Additionibus, Matthie Thoring Replicis }

Prima pars. Et sunt in ea hec scilicet Genesis — Deuteronomius. Secunda pars huius operis continens, — — super libros Josue — Hester. Tertia pars huius operis: in se continens — super libros Job — Ecclesiasticum. Quarta pars huius operis in se continens, — — super libros Esaie — Machabeorum. Quinta pars huius operis in se continens — — super libros Matthei — Johannis. Sexta pars biblie cum glosa — —, super Epist. ad Romanos — Apocalypsin.

In fine legitur postscriptum F. Conradi Leonterii Mulbrunnen. ex quo apparet esse editionem Basileensem per Joannem Petri et Joannem Frobenium, finitam 1508. In tergo tituli primae partis exstat ejusdem praefatio, quae indicat initium impressionis factum esse 1506.

Unam tantum columnam in media pagina implet textus cum glossa.

1032. 34. Biblia cum pleno apparatu summariorum concordantiarum et quadruplicis repertorii sive indicii numeriq; foliorum distinctione tersissime ac verissime rursus Parrhisiis a Thielmanno Kerver impressa.

Signum bibliopolae Johan Petil
Venundatur ibidem ab Johanne paruo — —
Ad lectorem distichon.
Dispice solerter lector studiose monemus
Ars arti prestet quatula: virque viro.

In fine: "Immensas — recenter p̄ prestantissimum sacre theologie professorem emendatum: claris litteris impressum multis elucidationibus auctum: feliciter consummatum atq; impressum estin iclyto Parisiorum gymnasio: p̄ Thielmannum Keruer — — Impensis vero honesti viri Johannis parui eiusdem universitatis librarij. Anno ab incarnatione domini millesimo quingentesimo quarto. pridie idus Decembris."

1033. 35. Quinta pars huius operis continens postillam dn̄i Hugonis Cardinalis super quattuor euangelia.

Sexta pars huius operis continens postilla domini Hugonis Cardinalis super Epistolas — Apocalypsim.

Basileae impr. per J. Amerbach sumtibus A. Koberger. 1504.

1034. 36. Biblia cum pleno apparatu summariorum concordantiarum et quadruplicis repertorii siue indicii numeriq; foliorum distinctione, tersissime ac verissime impressa.

(Flos lilii, typogra. signum Juntorum.)
Ad lectorem distichon.
Despice solerter lector studiose monemus
Ars arti prestet quantula virque viro.

In fine Apocal. legitur:

"Immensas — — cuius iuuamine hoc sacrosanctum opus in presidiū sancte fidei catholice. Recenter p̄ prestantissimum sacre theologie professorem emendatum: claris litteris impressum multis elucidationibus auctum: feliciter consummatum atq; impressum est characteribus venetis p̄ Jacobum sacon in arte impressoria dissertissimum. Anno ab incarnatione dn̄i Millesimo quingentesimo sexto X die nouembris."

Infra signum Typographicum J. S. i. e. Jacobi sacon.

Videtur quidem esse editio Veneta Juntorum, sed potius editio est illa Parisina ao. 1032 denuo recusa, quam a pagina ad paginam exacte sequitur.

1035. 37. Centum ac quinquaginta psalmi davidici, cum diligentissima etiam titulorum omnium expositione — — longe reuerendi in christo patris domini Jacobi Perez de valentia: Christopolitani episcopi, cum aliis canticis Novi Testamenti. Signum Johan Petit.

Que omnia diligentius in officina ascensiana coimpressa: venundantur parhisijs in edibus ipsius Ascesij: e regione collegij Italici: et in edibus Joanis parui in via regia diui Jacobi: sub leone argenteo.

In fine praefationis Jodoci Badii Ascensii: Pridie natalis domini MDVI. Desunt quaedam in fine.

1036. 38. Qvincvplex Psalterium. Gallicum. Romanum. Hebraicum. Vetus. Conciliatu.

Ad calcem: "Absolutum fuit hoc quincuplicis Psalteri opus in coenobio sancti Germani prope muros Parisieses: anno a natali Christi domini 1508. Et in clarissimo Parisioru Gymnasio ex chalcotypa Henrici Stephani officina e regione scholaru Decretoru emissu anno eiusde Christi saluatoris omniu 1509 pridie Caledas Augusti."

Praefatio est Jacobi Fabri Stapulensis cum Prologis Hieronymi in Psalterium Gallicum, Romanum, Hebraicum.

Faber in praef. explicat denominationes. *Romanum*, quod Romae emendatum a Hieronymo caneretur in ecclesia romana id est a gallis transalpinis; *Gallicum* quod eo ecclesia Gallica cisalpina uteretur; *Hebraicum* quod nulla media intercedente lingua ex hebraeo ad Sophronii preces latina illud donaret colonia; *Vetus* quod eo vel maxime ante editiones a Hieronymo emendatas uterentur ecclesiae; *Conciliatum* quod pauca addat aut mutet ad gallicum *Psalterium*.

1037. 39. Biblia cu pleno apparatu summariorum, cocordantiaru et quadruplici repertorij siue indicij, numeriq; foliorum distinctioe Basilee nuper impressa.

In fine Apocal. legitur:

"Explicit biblia diligetissime emendata, cu cocordatijs: no solu eiusde, sed et iuriscanonici: summarijs omniu capitu: diuisionibus: qttuor repertorijs ppositis: numeriqs folioru destinctione, vna cum vero nominu hebraicorum interptatione: Impressa basileae per pstantissimos viros magistros Johane petri de langendorff, et Jo-

Johanne froben de hammelburg: Anno dni quingentesimo nono supra millesimu. 8. Calendas septembris."

Sub signo typogr. Frobenii legitur Matthiae Sambucelli pro libri commendatione hexastichon: Emendata magis &c.

Ab initio eadem reperiuntur, quae in editione Parisina Petiti exstant. In fine interpretationes hebraicorum nominum.

1038. 40. Psalterium chorale: scdm morem et consuetudine sancte Romane ecclesie: cu hymnis: antiphonis et versiculis: annexisq; uigilijs mortuoru: una cum directorio psalmorum.

Ad calcem:

Impressit Joannes bryse ciuis Argentin. Anno quingetesimonono.

Titulus impressus est literis rubris, ut etiam tituli et numeri paginarum, sed in ipso textu litterae rubrae et nigrae inter se mixtae. Typus maximus ad usum ecclesiarum.

1039. 41. Epistole Pauli. Beati Pauli Tarsensis — — epistole quatuordecim — — p capita: iuxta diui Hieronymi translatione: capitumq; lectioes: quibq Beatus Thomas textum partitur: solertissime distincte. Atq; singule et suis, et capitumsinguloru binis argumentis fideliter illustrate et ad dei omnipotentis laudem accurate impresse.

Ad calcem dicitur:

Impssum — — in officina libraria puidi viri Vuolffgagi Stockel, ciuis Liptzn. Anno dni. 1. 5. 1. 0. quarto Kalen. Septembris.

Cum Figuris.

Praefationem scripsit Joannes Ruschuert Weissenstaten, artium et philosophie Magister &c. ex alma lipczensi Academia quinto Nonas Apriles Anno 1. 5. 10.

Hieronymi praefationes praemittuntur.

Epistolam Pauli ad Hebreos subsequitur admonitio J. R. (uschuerti) W. ad Lectorem de septem epist. canonicis: Petri, Jois euangeliste, Jacobi, et Jude, postea interpretandis, in qua simul mentio fit loci et anni impressionis. Admonitionem hanc excipit relatio quaedam de epistolis quae Paulo tribuuntur, ex quibus illam, quam ad Laodicenses scripsisse dicitur, affert. Totum opus absolvitur carmine elegiaco auctore Joanne Wildenauer Egrano.

1040. 42. Biblia cum concordantijs veteris et noui testamenti et sacrorum canonum: necnon et additionibq in marginibus varietatis diuersorum tex-

[illegible] antiquis quatuor euangeliorum insignis summa cum diligentia reuisa correcta et emedata. (litteris rubris.)

Supra titulum effigies Hieronymi cum inscriptione: Sanctus Hieronymus interpres biblie. Infra Titulum: Signum I. S. (Jacobi Sacon.) [illegible] atque [illegible]

Ad finem Apocalypseos:

"Biblia cum concordantiis veteris et noui testamenti necnon et iuris canonici: ac diuersitatibus textuum: canonibusq; euangeliorum ac quibusdam temporum indicationibus in margine positis: per venerabilem patrem: fratrem Albertum castellanum venetum ordinis predicatorum studiosissime reuisa correcta, et emendata: et ad instar correctissimoru exemplariu tam antiquoru q modernorum coparata et collata: ac per M. Jacobum Sacon Lugd. impressa. Expensis notabilis viri dni. Anthonij Koberger de Nuremburgis Feliciter explicit. Anno domini. M. d. xij. j. calendas Augusti."

Cum Figuris.

Sequitur haec editio Parisinam vel Lionensem, addita in fronte *divisione totius biblie.*

1041. 43. Biblia &c. ut supra n. 1040 litt. rubris ad finem Apocal.

"Biblia — — — Feliciter explicit. Anno domini. M. d. xiii. Calendis iii. Septebris."

1042. 44. Emissio Secunda. Quincuplex Psalterium. Gallicum. Rhomanum. Hebraicum. Vetus. Conciliatum. Praeponuntur quae subter adjiciuntur. Epistola. Epilogus disputationis, psal. xxx. Appendix in psal. xxx. Prologi Hieronymi tres. Partitio psalmorum triplex. Indices psalmorum duo.

In fine: "Absolutum fuit hoc quincuplicis Psalterii opus in coenobio sancti Germani prope muros Parisienses: anno a natali Christi domini 1508. Et in clarissimo Parisiorum Gymnasio ex calcotypa Henrici Stephani officina e regione scholaru Decretorum ad secundam et castigatiorem emissionem susceptum anno ejusdem Christi saluatoris omnium 1513. Idibus Junijs. Illi igitur &c.

Verba, *Emissio secunda*, typis magnis rubro nigris leguntur in fronte tituli aere incisi. Numerus foliorum, 294.

[illegible]. 45. Divinum quatuor euangeliographorum Opus pulcherrime in capita distinctum cum suis argumentis. (Arma Saxonica.)

Lipsi impressit Wolfgangus Monacensis in platea Grimmensi e regione aedis divi Pauli.

In fine: Impressum Lipsick. per Wolfgangum Monacensem Anno dñi. 1513.

1044. 46. Biblia Latina. Titulus deest. In fine Apocalypseos vero dicitur:
"Explicit biblia diligentissime emendata, cum concordantiis: veteris et novi testamenti et iuris canonici, summariis omnium capitum, divisionibus: quattuor indicibus ppositis: numerisq; foliorum distinctione, una cum vero nominum hebraicorum interpretatioe. Impressa Basileę, per Johannem Fröben de hammelburg. Anno domini quingentesimo decimo quarto supra millesimum, ad Calendas junias."

Ad calcem Deuteronomii: Primae Partis Bibliorum finis.

Bibliorum Pars secunda, id est, Libri Historici Latini recens ex Hebraeo facti, breuibusque Scholiis illustrati ab Immanuele Tremellio et Francisco Junio. Librorum Index sequente pagina continetur.

Signum Wecheli.

Francofurti ad Moenum ex Officina Typographica And. Wecheli, M. D. LXXVI.

(Continet Jehoschuhae lib. I. Jud. I. Ruthae I. Schemuelis II. Regum II. Chronicorum II. Hhezrae I. Nehemiae I. Esterae I.)

Ad calcem: Secundae partis Bibliorum finis.

Francofurti ad Moenum: Excudebat Andreas Wechelus, Anno salutis M. D. LXXVI.

Bibliorum Pars tertia, id est, Quinque libri poetici, Latini recens ex Hebraeo facti, rel.

Signum typograph.

Francofurti ad Moenum ex Officina Typographica And. Wecheli, M. D. LXXIX.

(Continet: Jjob, Psalmos, Proverbia, Ecclesiasten, Lib. Canticorum.)

Ad

Ad calcem: Tertiae partis Bibliorum finis.

Bibliorum Pars quarta, id est, Prophetici libri omnes, numero XVI. Latini recens ex Hebraeo facti, cet. M. D. LXXIX.

(Continet Jeschahhja — — — Malcaci.)

In fine:

Quintae — — — finis. Francofurti ad Moenum excudebat Andreus Wechelus, Anno salutis M. D. LXXIX.

Libri Apocryphi, sive Appendix Testamenti Veteris ad canonem priscae Ecclesiae adjecta, Latinaque recens è Graeco sermone facta, et notis brevibus illustrata per Franciscum Junium.

Signum Wecheli.

Francofurti ad Moenum ex Officina Typographica And. Wecheli. M. D. LXXIX.

(Continet: Historicos libros ex temporum serie dispositos. Tobiti lib. I. Orat. Menaschis, Judithae L. I. Baruci L. I. Epist. Jirmejae, Adjectiones ad Danijelem, Hhezrae L. III. Hhezrae L. IIII. Adjectiones ad L. Esterae. Schimhhonis L. I. qui vulgo Macbaeorum III. Macbaeorum I. Macbaeor. II. Lib. Sapientiae, Ecclesiasticum.)

Ad calcem operis.

Quintae partis Bibliorum, sive librorum Apocryphorum, finis.

Francofurti ad Moenum apud Andream Wechelum, Anno Salutis M. D. LXXIX.

Volumina V.

Impressa sunt Biblia forma media, typo Romano maiusculo, continua serie. Singulis tomis praemittitur dedicatio ad Principem quendam Germaniae. Capitibus praefixa litteris italicis argumenta, suffixae adnotationes litteris minusculis. In margine exteriori hebraismi duriores cum expositione. Singulis libris praemittitur supputatio annorum. Litterae initiales ligno incisae. Capita in versiculos distincta.

1130. 132. Genesis cum catholica expositione ecclesiastica. Morgiis, sumptibus Jo. le Preux et Eustathii Vignon 1584.

1131. 133. Novi Testamenti catholica expositio ecclesiastica. Ex probatis Theologis, quos Dominus Ecclesiae suae diuersis in locis dedit, excerpta, et diligenter concinnata: sive, Bibliotheca Expositionum Novi Testamenti, id est, Expositio ex probatis Theologis collecta, et in unum corpus singulari artificio conflata: quae instar bibliothecae multis expositoribus refertae esse possit. Authore Augustino Marlorato, verbi Dei ministro, diu multumq; in theologia versato. Editio IIII. Cum

Cum indice locupletissimo variarum rerum ad christianam religionem pertinentium, quae quidem in hac catholica expositione ecclesiastica tractantur.

Signum typogr. Petri Sanctandreani.

Genevae apud Petrum Sanctandreanum. MDLXXXV.

Post titulum incipit epistola Marlorati ad confratres, scripta Viuiaci, Calendis Januarii M. D. LIX. Deinde sequitur ipsa expositio. Nomina autorum quorum scriptis adiutus fuit, non seorsim, ut in editionibus antecedentibus, operi praefixa sunt, sed in limine cujuslibet partis recensentur. Ad calcem subjungitur index. Reliqua ut in prioribus editt.

1132. 134. Sacrorum Bibliorum Pars I. secundum veterem seu vulgatam Translationem, et fontes Hebraici Textus emendata: et breui ac perspicua explicatione illustrata: insertis etiam praecipuis Locis communibus, in lectione sacra obseruandis. Continentur in hac prima Parte: Genesis — — — Canticum Canticorum. Adjuncta sunt etiam singulis Capitibus argumenta. Lucas Osiander D.

Signum typogr. Gruppenbachii.

Cum gratia et Priuilegio Illustrissimi Ducis Saxoniae, Electoris, &c.

Tubingae, apud Georgium Gruppenbachium, Anno M. D. LXXXIX.

Sacrorum Bibliorum Pars II. rel. — — Continentur in hac secunda Parte: Jsaias — — — Oratio Manassae. Adjuncta sunt etiam singulis capitib. argumenta, adiecto rerum et verborum praecipue memorabilium ad finem Indice locupletissimo. Lucas Osiand. D.

Signum Typograph.

Cum gratia — — — — Anno M. D. XCI.

Ad calcem: Impressum Tubingae, apud Georgium Gruppenbachium. Signum Typograph. Anno M. D. XCI.

Sacrorum Bibliorum Pars III. secundum Veterem seu Vulgatam Translationem ad Graecum Textum emendata, et brevi ac perspicua explicatione illustrata, insertis etiam Locis communibus, in lectione sacra obseruandis. Continentur in hac tertia Parte: Quatuor Euangelia: — — — — Apocalypsis Johannis Theologi. Adjuncta sunt etiam singulis capitibus argumenta, adiecto rerum et vorbor. praecipuè memorabilium ad finem — Indice locupletissimo. Lucas Osiander D.

Signum Typograph.

Cum gratia — — — Anno M. D. XCII.

Duabus col. impressa, sine versuum distinctione. Argumenta capitum litteris romanis mediae formae exaratae: iisdemque etiam excusa versio vetus, annotationibus litteris italicis expressis, inserta.

1133. 135. Enarrationis Psalmorum Davidis, ex praelectionibus D. Henrici Molleri Hamburgensis, in Academia Vvitebergensi exceptae, postrema Editio, prioribus emendatior. Cui nunc primum accesserunt Theses seu observationes locorum Doctrinae, ex doctissimis Interpretibus à quodam Theologiæ studioso collectæ, et singulis Psalmis subjunctæ. D. Th. Bezæ eorundem Psalmorum Paraphrasis poetica, vario carminum genere expressa. Rerum et verborum quae in enarratione D. H. Molleri obseruatu dignae occurrunt, Index locupletissimus.

Signum typograph. Francisci le Preux: nimirum oliva.

Genevæ, apud Franciscum le Preux. M. D. XCI.

Epistola dedicatoria ad principem Eberhardum, episcopum Lubecensem consignata. Vitebergae in feriis Pentecostes, Anno 1573.

Impressus est hic liber duabus columnis, et quidem textus typis Romanis, majoribus, minoribus interpretatio. Argumentum cuilibet Psalmo praemittitur, quod integris lineis typis ital. impressum est, hoc praecedit poetica paraphrasis duabus columnis, hanc iterum theses literis minusc. ital. duabus etiam columnis, excipiunt.

1134. 136. Testamenti Veteris Biblia Sacra, cet. ut no. 1129. Multo omnes quam ante emendatius editi et aucti locis innumeris: quibus etiam adiunximus Novi Testamenti libros ex sermone Syro ab eodem Tremellio, et ex Graeco à Theodoro Beza in Latinum versos, notisque itidem illustratos. Secunda cura Fancisci Junii. Londini, Impensis Gulieł. N. An. Dom. 1593.

Genes. — — Deuteronomium.

Bibliorum Pars secunda. — — — Libri secundae partis. Jehoschuhæ — — — Estheræ.

Bibliorum Pars tertia. — — — Libri tertii tomi Jjob — — Liber Canticorum.

Bibliorum Pars quarta. — — — Auctores quartae Partis. Jeschahja — — — Maleaci.

Signum typographicum: Caduceus et supra pileus Mercurii, ab utroque latere cornu copiæ.

M. D. XCII.

Libri Apocryphi, &c. — — — Ordo librorum Apocryphorum. Historici, ex Temporum serie dispositi, Tobiti liber I. — — — Mac-

— Machaeorum lib. II. Didascalici. Liber Sapientiae. Ecclesiasticus.

Signum typograph.

M. D. XCII.

D. N. Jesu Christi Testamentum novum, sive Foedus novum: e Graeco archetypo, Latino sermone redditum, Theodoro Beza interprete, et jam ultimò ab eo recognitum. Cui ex adverso additur ejusdem novi testamenti ex vetustissima tralatione Syra, Latina translatio Immanuelis Tremellii conjuncta notis ad linguae et rerum intelligentiam. Franciscus Junius recensuit, auxit, illustravitq;. Londini: Excudebant Reg. Typograph. Anno salutis humanae 1592.

Excusa est haec Edit. duabus columnis, typis Romanis; haud magnis. Annotationes, typis minusculis romanis exaratae infra textum in utroque margine, itidem duabus columnis dispositae sunt. Summar. capitibus praefiguntur, typ. ital. minutis. In novo Testamento versio latina e Syriaca facta e regione versionis Bezae conspicitur. Forma libri minor.

1135. 137. Novi Testamenti catholica expositio ecclesiastica, ex probatis Theologis — excerpta — sive bibliotheca expositionum novi Testamenti — authore Augustino Marlorato — editio V. Genevae apud Petr. Sanctandreanum, M. D. XCIII. conf. edit. anteced. no. 1118.

1136. 138. Testamenti veteris Biblia Sacra cet. ut 1134. Tertia cura Francisci Junii.

Signum Wechelianum.

Hanoviae Impensis Andreae Wecheli heredum, Claudii Marnii, Joannis Aubrii. M. D. XCVI.

Pars I — IV. Libri Apocryphi.

D. N. Jesu Christi Testamentum nouum sive Foedus nouum — cet. ut in praecedenti editione 1134.

Signum Wechelianum.

Excudebat Joannes Tornaesius, impensis Andreae Wecheli, Heredum

CIↃ IↃ XCVI.

Haec editio non differre videtur a Londinensi nisi forma et typo.

1137. 139. Sacrorum Bibliorum Pars I. cet. ut in edit. praeced. no. 1132. — adiecto rerum et verborum praecipue memorabilium ad finem Indice locupletissimo. Lucas Osiander D.

Signum typograph. Gruppenbachii.

Cum gratia — — — apud Georgium Gruppenbachium, Anno M. D. XCVII.

In Fine: Impressum Tubingæ, apud Georgium Gruppenbachium. Anno M. D. XCVI.

Sacrorum Bibliorum Pars II. — — — apud Georgium Gruppenbachium. Anno M. D. XCVI.

In Fine Indicis: impressum — — — M. D. XCVIII.

Sacrorum Bibliorum Pars III. — — — Anno M. D. XCII.

Omnimodo respondent priori editioni anni 1589.

1138. 140. Biblia Sacra. Quae praeter antiquae Latinae versionis necessariam emendationem, et difficiliorum locorum succinctam explicationem, (ex Commentariis Biblicis Reuerendi Viri D. D. Lucæ Osiandri, &c. Andreæ parentis, deprompram) multas insuper utilissimas obseruationes, ex præstantissimorum quorundam nostri seculi Theologorum (quorum nomina passim in marginalibus hujus Operis annotationibus obuia sunt) lucubrationibus, nec non ex Formula Concordiae excerptas, et ad praesentem Ecclesiæ statum, nostrique temporis controuersias; potissimum vero ad Disputationum theologicarum utilissimum exercitium, fideliter accommodatas continent. Cum indice gemino: Priori ad Textum Biblicum: posteriori ad ejusdem glossam concinnato. Studio et opera *Andreæ Osiandri*, Theologiæ Doctoris, et Abbatis Adelbergensis in illustri Ducatu Wirtembergico. Cum privilegio illustriss. Dom. Administratoris Electoratus Saxoniæ. Tubingæ, Typis et impensis Georgii Gruppenbachij. Anno M. DC.

Prophetae omnes, cum Glossis et Annotationibus marginalibus.

Signum Gruppenbachii.

Tubingæ, typis et expensis Georgij Gruppenbachij. Anno M. DC.

Ad calcem: Tubingæ &c. ut supra.

Tit. limbo cinctus in quo conspicitur infra signum Typographi. In pagina aversa tituli effigies Friderici Ducis Würtembergici. 1597. in sequenti pagina arma ejusdem, sequitur deinde Praefatio Authoris. Impressa sunt haec Biblia columnis duabus non admodum latis: literis romanis minutioribus, in margine, item loci paralleli et notae. Paginae lineis cinctae.

1139. 141. Testamenti Veteris Biblia Sacra &c. ut praecedens editio no. 1136. — — Quarta cura Francisci Junii ante obitum. Cum indice ad notas V. T. triplice; Hebræo, Græco et Latino.

Signum Wechelianum.

Hanoviæ, Typis Wechelianis, apud Claudium Marnium et haeredes Joannis Aubrii. M. DCIII.

Pars

Pars I — IV. Libri Apocryphi &c.

D. N. Jesu Christi Testamentum Novum, sive Foedus novum cet. Hanoviae, typis Wechelianis, apud Claudium Marnium et haeredes Joannis Aubrii. MDCIII.

Si indices exceperis, cetera omnia eodem modo comparata sunt quam in edit. anni 1596.

1140. 142. Enarrationis Psalmorum rel. ut editio praecedens no. 1133. Novissima Editio, prioribus emendatior. Cui nunc primum accesserunt Partes Psalmorum, Observationes locorum doctrinae, Articulorum praecipuorum notae, ex doctissimis Interpretibus à quodam Theologiae studioso collectae, et singulis Psalmis subiunctae. Locorum communium, ut vocant, qui vel explicantur, vel breuiter indicantur; Dictionum item et Rerum quae in D. H. Molleri Commentariis obseruatu dignae occurrunt, Indices locupletissimi.

Signum typographicum.

Genevae, apud Jacobum Chouet. M. DCIII.

Index locor. comm. quo aucta est haec edito, in capite libri reperitur. Paraphrasis poetica omissa videtur.

1141. 143. Biblia Sacra. Quae praeter antiquae Latinae versionis necessariam emendationem, et difficiliorum locorum succinctam explicationem, (ut plurimum ex beatae recordationis Viri, D. D. Lucae Osiandri, &c. Andreae parentis, Commentarijs Biblicis depromptam) &c. continent. Estque posterior haec editio priori et emendatior, et multis modis locupletior. Cum indice Gemino: cet. per Andream Osiandrum rel. Tubingae, ex Officina Gruppenbachiana, Anno M. DCVI.

Prophetae omnes, cum Glossis et Annotationibus marginalibus.

Signum typograph. Gruppenbachii.

Tubingae, ex Officina Gruppenbachiana, Anno M. DC. VI.

Novum Jesu Christi, Domini nostri, Testamentum omne, cum Glossis et Annotationibus marginalibus.

Signum typographicum.

Tubingae, ex Officina Gruppenbachiana. Anno M. DC. VI.

Respondet haec editio priori no. 1138.

1142. 144. Testamenti Veteris Biblia Sacra cet. ut 1136. — — Quarta cura Francisci Junii ante obitum. Cum indice ad Notas V. T. triplice; Hebraeo, Graeco et Latino.

 Ty-

Typographi Signum, infra littera S.

Sancti Gervasii, Sumptibus Caldorianæ Societatis. M. DC. VII.

Pars I ···· IV, et Libri Apocryphi.

D. N. Jesu Christi Testamentum Novum rel.

Signum Typogr.

Sancti Gervasii, Sumptibus Caldorianæ Societatis. M. DC. VII.

Conveniunt omnimodo cum Bibliis anteced. no. 1136. Pagina paginam sequitur.

1143. 145. Sacrorum Bibliorum Pars I. &c, —, — — Lucas Osiander D.

Signum typogr. Gruppenbachianum.

Ex Officina Typographica Matthiæ Beckeri, Sumptibus Joannis Berneri, Bibliopolæ. Anno M. DC XI.

Sacrorum Bibliorum Pars II. — — Lucas Osiander D.

Francofurti ad Moenum, apud Joannem Saurium; impensis Joannis Berneri. Anno M. DC. IX.

Sacrorum Bibliorum Pars III. — — Cum Indice locupletissimo. Editio ultima, demtis hinc inde, quae irrepserant, mendis. Lucas Osiander D.

Signum Typograph.

Francofurti, ex Officina typographica Erasmi Kempfferi, impensis Joannis Berneri. Anno MDCXIX. Volumina II.

Editio haec excusa est ad editionem anni 1597. cui quoad formam et omnia similis est.

Omnimodo respondet haec editio antecedenti no. 1137.

1144. 146. Sacra Biblia ex Vulgata editione, Translat. ex Hebræo Sanctis Pagnini, Transl. Romana ex Septuag. et Chaldaicæ Paraphrasis congesta fratris Fortunati Fanensis ordines Erem. S. Augustini Studio et labore; suisq; numeris adeò distincta, vt dum versus versui respondet Sacrarum Litterarum Pius contemplator earundem mysteria facilius percipere queat. Tribus distincta partibus. Illustr.^{mo} atque Reuer.^{mo} D. D. Scipioni Burghesio, S. R. E. Cardinali Amplissimo, dicata. Cum Privilegio. Venetiis, apud Antonium Pinellum MDCIX.

Ad calcem: Venetiis, M DC IX. Ex typographia Antonii Pinelli. Sumptibus Perillustris ac Reuerendi D. Hieronymi de Gabriellis, Ciuis Fanensis.

Sacrorum Bibliorum ex vulgata Editione, et alijs pluribus Translationibus: eiusdem Fratris Fortunati Fanensis Ordinis Erem. S. Augustini studio et labore, cum eodem ordine, congestium Pars altera. MDCIX.

Ad

Ad calcem (eadem) quae in parte prima.

Novum Jesu Christi Testamentum ex vulgata editione, et Translatione ex Syriaco Guidonis Fabritij Boderiani congestum. Complectens quattuor Evangelia, Acta Apostolorum, Pauli Apostoli Epistolas quattuordecim, Epistolas Canonicas, ac Joannis Apocalypsim. Pars Postrema. Sacrorum Bibliorum plurium Translationum. Cum privilegio. Venetiis, apud Antonium Pinellum. M. DC. IX.

Ad calcem, quae in prioribus.

Volumina II.

Titulus limbo cinctus, quem sequitur Fanensis dedicatio et praefatio, Hieronymi prologus Galeatus et ad Paulinum. Vulgata versio et Translatio ex LXX romanis litteris, Pagnini et Targum italicis excusa est. Inter utramque columnam versus notati. Ubi Targum non habetur, versio e graeco LXX facta, infra columnas posita.

Ad finem operis adduntur index testimoniorum, nominum interpretatio, et index biblicus.

1145. 147. Enarrationis Psalmorum Davidis ex praelect. D. Henr. Molleri, novissima editio, prioribus emendatior. Cui nunc primum accesserunt rel. Genevae, apud Petrum et Jacobum Chovet. MDCX.

Respondent editioni anteced. no. 1140.

1146. 148. Biblia rel. — — per Andreum Osiandrum rel. Francofurti, Typis Matthiae Beckeri, Sumptibus vero Nicolai Rothii et Gothofridi Tampachii M. DCXI.

Prophetae omnes rel. Francofurti ut in priori titulo:

Novum Jesu Chr. Test. rel. Francofurti cet.

Conveniunt cum priori edit. no. 1141.

1147. 149. Novum Jesu Christi Testamentum. Complectens praeter Vulgatam, Guidonis Fabricii e Syriaco, et Benedicti Ariae Montani Translationes, Insuper Des. Erasmi Roterodami Authoris damnati versionem permissam.

Signum Typographicum: sol cum suis radiis in tenebroso circulo prominens, cum symbolo: Fovet et Ornat. W. D. Haen fe.

Infra: Antverpiae apud Keerbergium. 1616. Superiorum permissu.

Praefatio et Censura est Laurentii Beyerlinck Archipresbyteri et Canonici ecclesiae cathedralis ac librorum Censoris in Civitate Antverpiensi, in qua de his quatuor versionibus ratio datur et in Protestantes circa Bibliorum versiones declamatur.

In libris qui Syriace non exstant, duae tantum Versiones exhibentur. Duae versiones implent unam paginam et duae alterae paginam e regione alteram. Hinc sunt

sunt columnae quatuor: prima et tertia litteris romanis, secunda et quarta litteris indicis expressa.

Exstat etiam Editio Veteris Testamenti ex versionibus variis latinis concinnata.

1148. 150. Testamenti Veteris Biblia Sacra sive Libri Canonici priscae Judaeorum Ecclesiae a Deo traditi Latini recens ex Hebraeo facti brevibusque scholiis illustrati ab Immanuele Tremellio et Francisco Junio. Accesserunt libri &c.

Quarta cura Francisci Junii ante obitum cum indice, sequitur signum Typographicum Stephanianum.

Infra: Genevae, Sumptibus Matthaei Berjon 1617.

1149. 151. Biblia Sacra. Quae praeter antiquae Latinae versionis necessariam emendationem &c. ut supra editiones no. 1141. 1146: Estque Quinta haec editio caeteris prioribus emendatior cum indice gemino, per Andream Osiandrum. Francofurti, Sumtibus Godefridi Tampachii, Typis vero Erasmi Kempferi, 1618.

1150. 152. Joannis de Pineda Hispalensis e Societate Jesu in Ecclesiasten commentariorum liber unus, cum indicibus necessariis. Parisiis, apud Nicolaum Buon, via Jacobaea, 1620.

Continet hic doctus commentarius praeter introductionem et interpretationem in fine singulorum capitum duodecim versiones Latinas in tot columnis, nempe vulgatam Venetam, Rich. Shirav. Septuaginta, Syriac. Arab. Bryling. et praeterea in prima pagina columna 4. Varietatem ex Hebraeo et aliis Interpretibus, et in altera pagina columna 5. Varietatem ex aliis interpr. Et infra Chald. Complut. Zam. et Chald. Petri Costi et Catenam Graec. P. P.

1151. 153. Biblia Sacra Vulgatae Editionis Sixti V. Pontif. Max. Jussu recognita atq; edita cum Scholiis plurimum auctis et emendatis Joannis Marianae et Notationibus Emanuelis Sa, Soc. J. Sacerdotum. Quae singulis Sacri Textus Capitibus subiunguntur et perpetui commentarii vicem supplent; addito Petri Lanselii ejusd. Soc. supplemento. Tomus Primus. Antverpiae, ex Officina Plantiniana apud Balthasarem Moretum et Viduam Joannis Moreti et Jo. Meursium, 1624.

Volumina II.

1152. 154. Testamenti Veteris Biblia Sacra — — ab Immanuele Tremellio et Francisco Junio. Accesserunt libri qui vulgo dicuntur Apocryphi, Latine redditi et Notis quibusdam aucti a Francisco Junio. Multo omnes quam ante emendatius editi; quibus etiam adiunximus Novi Testamenti libros ex sermone Syro ab eodem Tremellio et ex Graeco a Theodoro Beza in Latinum versos Notisque item illustratos.

Edi-

Editio septima et germana: a permultis mendis et vitiis, quibus Genevensis notha et subreptitia scatet, repurgata et emendata cum Indice ad Notas V. T. triplici; Hebræo, Græco et Latino.

Hanoviæ. Typis Wechelianis, Sumtibus Danielis ac Davidis Aubriorum ac Clementis Schleichii, 1624.

Libri N. T. e Syro translati in hoc exemplo desunt.

1153. 155. Biblia sacra Vulgatæ Editionis Sixti Pont. Max. iussu recognita atque edita cum Expositionibus priorum Patrum Litteralibus et Mysticis. Adiecta sunt et Scholia potissimum iis locis, quibus Hæretici abutuntur. Collectore et Scholiaste R. D. Francisco Haræo Ultrajectino Theologo et Canonico Lovaniensi. Antverpiæ, ex Officina Typographica Hieronymi Verdussii. (cuius signum typographicum majori et nitida forma antecedit) 1630.

Praecedunt Epistola Dedicatoria cum effigie Haraei; sequuntur deinde Prologomena in expositiones priscorum patrum in Biblia Sacra, item Tabula Geographica.

In fine adduntur Oratio Manaffe et liber tertius et quartus Esdrae, Hieronymi Prologi, tres Indices et ultimo Lucas Brugensis Romanae Correctionis Loca insigniora.

1154. 156. Testamenti Veteris Biblia Sacra — — ab Immanuele Tremellio et Francisco Junio. Accesserunt libri &c.

Editio Postrema: a permultis mendis et vitiis, quibus priores scatebant, repurgata et emendata cum indice triplici.

Accessit seorsum et de novo in eadem Biblia Index locupletissimus, isque geminus, sequitur signum typographicum (Stephan). Genevæ, apud Philippum Albertum, 1630.

Adest hic Novum Testamentum utrumque.

1155. 157. יהוה Brevis Explicatio Sensus Literalis Totius S. Scripturæ ex optimis quibusque per Epitomen collecta a R. P. Jo. Stephano Menochio. Addito Textu S. S. Bibliorum iuxta Exemplar Vaticanum et Indice, paginis singulis æqualis respondet explicatio. Coloniæ Agrippinæ, apud Joannem Kimchium sub Monocerote, 1630.

Textus litteris maioribus expressus plurimum occupat locum. Titulus cinctus est optimis figuris a Frid. Hulsio aere incisis.

1156. 158. In omnes Psalmos Commentarius Literalis et Historicus in quo Psalmorum Argumenta accurate tractantur, ac probantur, perpetuusque singulorum versuum contextus dilucide ostenditur: cum *Versione*

Duplici, Vetere et Nova ex Hebræo Fonte expressa et ad Veterem, quoad licuit, redacta. Autore Simeone de Muys, Tomi II. in uno Volumine. Parisiis, apud viduam Matthæi Guillemot, 1630.

Versio Nova Romanis, et vetus Italicis litteris expressa. Dedicationem et brevem praefationem excipit tractatus de Hebraica Editionis Authoritate ac Veritate. Ante Psalmos est effigies Davidis psallentis quae totam implet paginam.

1157. 159. Johannis Pineda Hispalensis, e Societate Jesu Commentariorum in Job Tomus I. Adjuncta singulis capitibus sua Paraphrasi, quæ et longioris Commentarii summam continet. Parisiis, Sumptibus Mathurini de Riys, via Jacobæa, sub signo Coronæ, M. DC. XXXI.

Johannis de Pineda Hispalensis e societate Jesu Theologi, Commentariorum in Job, Tomus alter; continens posteriores commentariorum Libros septem, id est, reliqua quinque et viginti Capita, Parisiis (ut prius.)

Titulus rubris et nigris literis excusus, figura aere incisa et signo librarii auctus. Singulos versiculos excipit commentarius, Paginae divisae. Utrumq; Tomum claudit index copiosus. Secundo Tomo praefiguntur tabulae duae aere incisae imaginem christi referentes. Ad calcem pyramis in tumulo Jobi, aere incisa et latine inscripta.

1158. 160. Biblia Sacra cum commentariis ad sensum litteræ, et explicatione temporum, locorum, rerumque omnium quæ in sacris codicibus habent obscuritatem. Auctore R. P. Jacobo Gordono Lesmorio, Societatis Jesu. In tres Tomos divisa. Lutetiæ Parisiorum Sumptibus Sebastiani et Gabrielis Cramoisij, via Jacobæa, sub Ciconiis, M. DC. XXXII. Cum Priuilegio regis.

Titulus aere incisus. Sequuntur dedicatio, praeloquium, mappae geogr. al. Contextus duas exhibet columnas, litteris romanis impressus, summaria typo italico expressa. Singula capita sequuntur comment.

1159. 161. Biblia Sacra cum glossa ordinaria a Strabo Fuldensi monacho Benedict. collecta. nouis P. P. Græc. et Latin. explicationibus locupletata. Et postilla Nic. Lirani Franc. cum additionibus Pauli Burgensis Episc. ac Matthiæ Thoringi replicis. Theolog. Dicacensium studio emendatis. Tomis sex comprehensa. Omnia denuo recensuit R. P. Doctor Leander a S. Martino Benedictinus et præses generalis Congregationis Anglicæ, in Academia Duacena Hebrææ Linguæ Professor Regius, adiecitq; plures antiquos ac nouos tractatus, analyses, parallela, tabulas chronologicas et prosopographicas, cum indicibus copiosissimis; vt

vt merito haec editio dici possit, Theolog. et Concionat. Thesaurus. Quae adjecta, suppleta, correcta, restituta, Admonitio ad Lectorem ostendet. Antverpiae, apud Joannem Meursium Anno M. DC. XXXIV. Cum gratia et privilegio.

Biblia sacra — — Duacenium. Tomus secundus. Omnia ex iterata recensione ita illustrauit et auxit R. P. Doctor Leander de S. Martino Benedictinus, vt merito &c.

Biblia — — Tomus Tertius.

Biblia — — Tomus Quartus.

Biblia — — Tomus Quintus.

Biblia — — Tomus Sextus.

Titulus aere incisus a P. P. Rubens inventus, et sculptus ab Andr. Collaert. Sequitur dedicatio ad Philippum Caveret, monasterii S. Vedasti apud Atrebatensis abbatem, Admonitio ad Lectorem, et prologi Nic. Lirani, Hieronymi &c. Editio haec eodem modo comparata, quo primae editiones Bibliorum cum glossis Lirae. Ad calcem operis Nic. Lirani et Pauli Burgensis adversus Judaeos scripta, et Romanae correctiones.

1160. 162. Biblia sacra, quae praeter antiquae latinae versiones necessariam emendationem, &c. ut 1141. 1146. 1149. Estque Sexta haec editio, caeteris prioribus emendatior. Cum indice gemino rel. per Andream Osiandrum. Francofurti, Prostat in Officina Tampachiana, Sumptibus Elisabethae Rothin, Typis vero Guolfgangi Hoffmanni. Anno M. DC. XXXV.

Prophetae omnes, cum glossis et annotationibus marginalibus. — Francofurti, Sumptibus haeredum Godefridi Tampachii, Typis vero Wolfgangi Hoffmanni M. DC. XXXV.

Novum Jesu Christi Testamentum. — Francofurti, Sumptibus haeredum Godefridi Tampachii, M. DC. XXXV.

1161. 163. Enarrationis Psalmorum Davidis, ex praelectionibus D. Henrici Molleri Hamburgensis in acad. Witebergensi excerptae, novissima editio. — Genevae, apud Petr. et Jac. Chovet, M. DC. XXXIX.

Conf. edit. 1133. 1140. 1145.

1162. 164. Novum Jesu Christi Testamentum. Parisiis Anno M. DC. LX. E Typographia Regia.

Novi Testamenti Pars Prima. Evangelia.

Novi Testamenti Pars Secunda (Arma regis Franciae aere insculpta) Parisiis e Typographia Regia, M. DC. XLII.

Titulus generalis aere incisus. Character missalis, paginae non divisae in columnas, sed continua serie impressae.

1163. 165. Biblia Magna Commentariorum literalium Joannis Gaynæi, Doct. Parif. Guillelmi Estii, Doct. Duacensis, Emmanuelis Sa, Johannis Menochii, et Jacobi Tirini, Societ. Jesu. Adeo erudite et integre sacram Scripturam exponentium, vt quæ in vno, quoad sensum et varias versiones possent desiderari, in alio reperiantur. Prolegomenis, Chronico sacro, indicibus locupletissimis illustrata, et quinque Tomis comprehensa. Cura et labore R. P. Fr. Joan. de la Haye, Parif. Concionatoris Regii, et in Gallia minorum procuratoris generalis. Tomus primus. Parisiis, Sumptibus Michaelis Soly, sub signo Phoenicis, Matthæi Guillemot, sub signo Bibliothecæ, Dionisii Becker, sub scuto solari, et Antonii Becker, sub signo Fortunæ, via Jacobæa. M. DC. XLIII.

Biblia — — Tomus II. Parisiis (ut antea.)
Biblia — — Tomus III. ut antea.
Biblia — — Tomus IV. ut antea.

Titulus generalis a Cornelio Galle aere incisus. Sequitur Dedicatio ad Gastonem Borbonium, Aurelianensium Ducem, Praefatio, Hieronymi prologus galeatus et ad Paulinum, ejusdem prologi omnes, Menochii Prolegomena, Tirini Chronicon sacrum, ejusdem prolegomena de mensuris, ponderibus et monetis, de la Haye explicatio Idiotismorum, Tabulae genealogicae, Index nominum et rerum, Index Controversiarum fidei, index Antilogiarum, index Testimoniorum, index phrasium Scripturae. Textus continua serie exaratus, notae in columnas divisae: character romanus, exceptis summariis.

1164. 166. Johannis Piscatoris Commentarii in omnes libros veteris Testamenti: antehac aliquoties separatim editi; nunc vero in unum volumen collecti: quibus continentur I. Analysis logica singulorum librorum et capitum. II. Scholia in singula capita. III. Observationes locorum doctrinæ é singulis capitibus. Omnia hæc recens ab auctore recognita. Quibus accessit præfatio continens hortationem ad studium sacræ Scripturæ. Herbornæ Nassoviorum, Anno M. DC. XLVI.

Iohannis Piscatoris Commentariorum in omnes libros veteris Testamenti Tomus Secundus: Quo continentur libri historici reliqua scilicet Liber Josuæ — —. Estheræ. Herbornæ Nassoviorum.

Johannis Piscatoris Commentariorum in omnes libros Veteris Testamenti, Tomus Tertius: Quo continentur libri poetici. Herbornæ Nassoviorum, M. DC. XLIV.

Johannis — — Tomus Quartus: Quo continentur omnes Prophetæ, majores et minores. Herbornæ Nassoviorum, M. DC. XLV.

Jo-

Johannis Piscatoris commentarii in omnes libros Novi Testamenti: antehac separatim. — — Omnia ante obitum ab authore recognita. Quibus accessit Index rerum et verborum accuratissimus atque locupletissimus. Editio tertia hinc inde locupletata. Herbornæ Nassoviorum, M. DC. XXXVIII.

Volumina II.

Titulus limbo cinctus, a Seb. Furck aere sculptus. Duabus columnis exhibentur versio Tremelliana italicis et Piscatoris romanis typis, sequntur scholia et observationes. Loci Paralleli in margine. In titulo apparet signum typographiae Rabianae.

1165. 167. Psalterium Romanum sacrosancti Concilii Tridentini decreto restitutum. Ex breuiario Romano nuper restaurato à Clemente VIII. Pontif. max. In quo Hymni, Psalmi, Inuitatoria, Antiphonæ, Officium defunctorum, et multa alia pro diebus festivis ferialibus necessaria, disposita, et notata inueniuntur, quæ hactenus a multis desiderabantur. Parisiis, apud Dionysium Moreav, sub signo Salamandræ, M. DC. XLVII.

In titulo arma Papae aeri insculpta. Forma maxima et typis maximus et splendidus.

1166. 168. Simeonis de Muis Aurelianensis, Archidiaconi Suessionensis, et Sacrarum hebræarumq; Litterarum apud Parisios, in regio Franciæ Collegio Lectoris, ac Professoris Regij Opera omnia, in duos tomos distributa. Quorum primus continet Commentarium literalem et historicum in omnes Psalmos Dauidis, et selecta Veteris Testamenti Cantica. Alter vero Varia sacra, varijs e Rabbinis contexta complectitur. Quibus accedit triplex assertio veritatis hebraicæ. Claudius d'Auvergne Parisinus rel. ad æternam sui Præceptoris memoriam; omnia &c. collegit atque in lucem edidit. Cum indicibus necessariis. Parisiis, apud Mathurinum et Joannem Henault, via Jacobæa, sub signo Angeli Custodis, M. DC. L. Cum approbatione Doctorum et Privilegio Regis.

Duae columnae. Nova versio typo romano, vetus italico impressa, charactere maiusculo. Versiones sequitur commentarius.

1167. 169. Το Δωδεκα προφητον sive Prophetæ duodecim minores versione latina et commentario illustrati a Johanne Coccejo in Academia Lugdunensi S. Theologiæ Professore. Lugduni Batavorum, apud Johannem et Danielem Elsevir, CIↃ IↃC LII.

Singulae sectiones italicis litteris expressae, commentarius romanis.

1168. 170. Commentariorum in Danielem Tomus I. et II. Auctore Joanne Svaningio. — — Hanoviae, apud Melchiorem Martzan, M. DC. LIV. Voll. II.

1169. 171. Enarrationis Psalmorum Dav. ex praelect. D. Henr. Molleri — — novissima editio. — — Genevæ, sumptibus Samuelis Chouët, M. DC. LX. conf. no. 1161.

1170. 172. Centum quinquaginta Psalmi et extrema verba Davidis, cum commentario Johannis Cocceji. — — Lugduni Batavorum, ap. Joh. Elsevirium, CIↃ. IↃC. LX.

1171. 173. Prophetia Ezechielis, cum Commentario Johannis Cocceji, S. Theologiæ Professoris in Academia Lugdunensi. Accedunt XIX typi æri incisi, qui exhibent sanctuarium, quod vidit Propheta eiusque partes et mensuras earum. Amstelodami, ex Officina Johannis à Somæren, Bibliopolæ, M. DC. LXIX. Cum Privilegio.

1172. 173. Prophetia et Threni Jeremiæ, cum commentario Johannis Cocceji. Amstelodami &c ut codex anteced.

Ad calcem: Lugduni Batavorum. Excudebat Abrahamus Verhoef, Typographus, CIↃ IↃC LXVIII.

Praemittitur effigies Cocceji ab Ant. Palamède picta, et ab A. Blotelingh sculpta.

1173. 175. Pentateuchus sive Mosis Prophetæ libri quinque ex translatione Joannis Clerici, cum ejusdem paraphrasi perpetua, commentario philologico, variisque dissertationibus criticis, et tabulis chronologicis ac geographicis. Amstelodami, Sumtibus auctoris, Prostat apud Henricum Wetstenium, CIↃ IↃC XCVI.

Genesis sive Mosis Prophetæ liber primus. Ex translatione Joannis Clerici, cum ejusdem paraphrasi rel. dissertationibus criticis quinqve, et tabulis chronologicis. Amstelodami, Sumtibus auctoris, et veneunt apud Abrahamum Wolfgangum, et Janssenio — Waesbergios, CIↃ IↃC XCIII.

Mosis prophetæ libri quatuor Exodus, Leviticus, Numeri, et Deuteronomium rel. CIↃ IↃC XCVI.

1174. 176. Biblia sacra ex Sebastiani Castellionis interpretatione ejusq; postrema recognitione, cum annotationibus ejusdem, et historiæ supplemento ab Esdra ad Machabæos et inde vsque ad Christum ex Josepho. Accessere in nova hac editione ejusdem Delineatio Reipublicæ Ju-

Judaicæ ex Josepho, nota prolixior in caput IX Epistolæ ad Romanos, nec non defensio versionis novi foederis contra Th. Bezam. Francofurti, apud Thomam Fritsch, Lipsiens. M. DC. XCVII.

Novum Jesu Christi Testamentum. Sebastiano Castellione interprete: vna cum ejusdem annotationibus: ex ejusdem postrema castigatione.

Ad calcem (Signum Fritschii) Anno M DC XCVII.

In titulo effigies Castellionis, aere incisa. Paginae divisae: in col. litterae romanae. In margine loci paralleli et notulae: infra paginas notae uberiores.

1175. 177. Novum Testamentum Domini nostri Jesu Christi, ex versione vulgata, cum paraphrasi et adnotationibus Henrici Hammondi. Ex anglica lingva in latinam transtulit, suisq; animadversionibus illustrauit, castatigavit, auxit Joannes Clericus. Tomus primus. Amstelodami, apud Georgium Galletum, M. DC. XCVIII.

Epistolæ Sanctorum apostolorum et Apocalypsis S. Johannis ex versione vulgata — — M. DC. XCVII.

Textus continua serie typo romano exaratus. Paraphrasis in columnas distributa; item annotationes. Recensio operis legitur in Actis Erudit. germanice scriptis Tomo XXX. p. 495.

1176. 178. Veteris Testamenti libri historici, Josua, Judices, Rutha, Samuél, Reges, Paralipomena, Esdras, Nehemias et Esthera; ex translatione Joannis Clerici; cum ejusdem Commentario philologico, dissertationibus criticis, et tabulis chronologicis. Amstelodami, apud Henricum Schelte. MDCCVIII.

1177. 179. Mosis Prophetæ rel. ut codex 1173. Editio secunda auctior et emendatior.

Genesis rel. Amstelodami apud Henricum Schelte CIↃIↃCCX.

Mosis Prophetæ libri quatuor rel. Amstelodami rel.

1178. 180. Novum Testamentum rel. conf. 1175. Editio secunda, multo emendatior, et adjectis, ex editione Gallica novi testamenti, adnotationibus selectis aliisque auctior. Francofurti, apud Thomam Fritsch, MDCCXIV.

Epistolæ rel. Francofurti rel.

Forma minor, quam in priori edit.

1178. 181. Psalterium Davidicum, ad usum et ritum sacri et Religiosissimi Ordinis Cisterciensis, per Hebdomadam dispositum. Nunc recens, a mendis quam plurimis repurgatum, et Canticis, Hymnis, Invitatoriis,

riis, Benedictionibus, Antiphonis, Versibus, Capitulis, Collectis, aliisq; omnibus necessariis ad persolvendum divinum officium adauctum. Auctoritate reverendissimi Domini Abbatis Generalis Congregationis Alcobacensis S. Bernardi. Coloniæ, Sumptibus Henrici du Sauzet, M. DCC. XXIII.

Titulum ornat aenea figura a Morellon la Cave sculpta. Forma praegrandis. Caeterum adeo comparata est haec editio, ut praecedens Parisiensis.

1180. 182. Biblia sacra cum universis Franc. Vatabli Regii Hebraicæ linguæ quondam professoris et variorum interpretum, annotationibus. Latina interpretatio duplex est: altera vetus, altera nova, Editio postrema multo quam antehac emendatior et auctior. Parisiis, Sumptibus Societatis, MDCCXXIX. Cum approbatione et privilegio Regis.

Biblia sacra — — (ut prior titulus) M. DCC. XLV. cum approbatione et privilegio Regis.

Volumina II.

Praemittuntur: Praefatio de editionibus bibliorum Vatabli, cum appendice, et diplomatibus citatis, Praefationes praecipuis editionibus praemissae, Hieronymi Praefationes, Chronologia sacra, cum appendice; Dissertatio de ponderibus et nummis hebraeorum, Sanson animadversiones in Geographiam sacram, ejusdemq; Tabulae geographicae. Pagnini versio italicis, vulgata romanis literis impressa, columnatim. Columnis divisis scholia infimam paginae partem occupant. N. T. novam orditur paginam, titulo vero destituitur.

1181. 183. Biblia sacra vulgatæ editionis Sixti V. Pontificis maximi jussu recognita atque edita, versiculis distincta cum indice biblico, et lectionum ac evangeliorum pro omnibus Dominicis et festis per annum. Venetiis, M. DCC. XXX. apud Hieronymum Albriccium. Superiorum permissu.

Biblia sacra vulgatæ editionis. Pars secunda.

Novum Testamentum Domini nostri Jesu Christi vulgatæ Editionis Juxta Exemplar Vaticanum, Anno M. D. XCII. Venetiis, M. DCC. Typis Hieronymi Albriccii. Superiorum permissu.

Lineae integrae, typus romanus, in margine loci paralleli.

1182. 184. Biblia sacra (ut precedens editio Osiandrina anni 1635.) Hamburgi, apud Christ. Wilh. Brandt, 1733.

Prophetæ omnes ex editione Francofurtana 1635.

Novum testamentum ex eadem ed.

Eadem editio ac Francofurtana anni 1635 excepto novo titulo.

1183. 185. Biblia ſacra vulgatæ editionis Juſſu Sixti Quinti Pontificis Max. recognita, locupletibus S. S. Patrum et aliorum probatorum S. Scripturæ interpretum commentariis illuſtrata. Una cum noua, eaque excultiore, nec non ad ſenſum ſcripturæ magis accommodata verſione germanica, in commodum et utilitatem totius eccleſiæ Catholicæ præſertim germanicæ elucubrata: a Theologis Monaſterii D. Ettonis prope S. Landelinum, vulgo Ettenheim-Münſter Ordinis S. Benedicti, ſub directione P. Germani Cartier ibidem Profeſſi, Capitularis, nec non SS. Theologiæ et SS. Canonum Profeſſoris. Recens edita et in quatuor Tomos diſtincta. Cum Privilegio Sac. Cæſar. Majeſt. diverſis Approbationibus et Licentia ſuperiorum. Conſtantiæ, Sumptibus Jacobi Friderici Bez, Bibliopolæ ibidem. Anno Chriſti MDCCLI.

Biblia — — — ut prius — — Tomus II. continens libros Esdræ — — Eccleſiaſtici. Cum &c. ut prius.

Biblia — — — Tomus III. continens Prophetias — — et duos Machabæorum libros. Cum &c.

Biblia — — — Tomus IV. continens quatuor Evangelia — — Apocalypſim. Conſtantiæ ut prius.

Volumina IV.

Dedicata Armando Cardinali de Soubiſe. Approbationes excipit Praefatio rationem operis reddens. Figurae additae ſunt, a Geo. Dav. Neſſenthaler aere inciſae. Germanica verſio interiorem, latinus textus exteriorem marginem occupat: in margine paralleli, infra paginas notae, lineis integris.

In Quarto.

1184. 186. Pſalterium.

In fine legitur: Finit Pſalterium Impſſum p̄ Fridericum Crewſner de Nurenberga. Laus deo Clementiſſimo.

Editio antiquiſſima; ſaltem 1474 excuſa, literis uncialibus; titulum nunquam habuit. Pſalmos ſequuntur cantica Yſaie, Ezechie, Anne, Moyſi, Abacuc, Moyſi iterum, trium puerorum, Zacharie, b. Mario Virginis, Symeonis, Auguſtini et Ambroſii, Symbolum Athanaſii. Nec cuſtos, nec ſignatura quae dicitur, nec paginarum numerus reperitur in hac editione. Notae muſicae calamo adiectae ſunt, item literae initiales, conf. Baumgarten, Panzer et hiſtoria mea biblica.

1185. 187. Biblia.

In fine legitur: Explicit biblia impreſſa. Uenetijs, per Franciſcum de hailbrun, M. CCCC. LXXX.

Forma quarta major, typus minor; in charta optima: abbreviaturis quam maxime referta. Litterae initiales calamo appictae sunt. Titulum hoc exemplar nunquam habuit. Post ipsa biblia Incipiut interpretatioes hebraicorū nominū sedm ordine alphabeti. Paginae in duas columnas divisae. Ex. nitidiss. et optime conservatum.

1186. 188. Biblia.

In fine legitur: Explicit biblia impressa. Uenetijs, per Franciscū de hailbrun, M. CCCC. LXXXIII.

Litterae initiales calamo pictae. Nec haec secunda editio Veneta titulum unquam habuit, iisdem caeterum typis, ac praecedens, exarata. conf. historia biblica Tom. I.

1187. 189. Biblia.

In fine legitur: Explicit Biblia. Venetijs, impressa per Georgium de rivabenis Mantuanum alias Parentē. Anno dñi. Mccccclxxxviiiij. Cal. Martij.

Titulum habet haec editio, qui in nostro exemplo deest. Litterae initiales appictae sunt. Deficiunt custodes et numeri paginarum adest vero signatura. conf. Historia biblica.

1188. 190. Postilla domini Guillerini super epistolis et euāgelijs dominicalib9 vna cū de sanctis sm̄ sensum litteralem collecta.

In fine legitur: Anno labente deitatis, M. ccccLxxij. IX. kal. februarij. Postilla Guillerini sup̄ epistolas Pauli necnon euangeliis dominicalibus vnacū de sanctis sm̄ sensum litteralem collecta. In Nurebergk ciuitate imperiali per Anthonium koberger inibi conciue impressa. Hocq; fine q; salubriter completa, de q̄ gloria sit hiesu bone tibi nūc & iugiter Amen.

Titulus quatuor integras lineas implet, Epilogus duodecim lineas in medio divisas. Litterae initiales appictae sunt, excepta prima, quae deest. Textus typo majori exaratus, quam postillae. Quaelibet pagina duabus columnis absolvitur, ut in prioribus editionibus. — Postillae in usum minus expertorum clericorum et insipientium praedicatorum teste auctore, ex multis aliis libris compilatae sunt.

1189. 191. Psalterium Brunonis episcopi Herbipolensis. Titulus deficit, si quis fuit; sed forte folium vacuum praecessit.

In

In fine legitur: Beati Brunonis psalteriū ex doctorū dictis collectū per Anthoniū Koberger impressum. Anno incarnate deitatis millesimoquadringesimononagesimoseptimo, finit feliciter.

Textus obelis et asteriscis instructus, commentario undique cingitur. Praemittitur: Corrigēdi emēdādiq; psalterij prologus sc̄ti Brunonis ep̄i Herbipolen. Breuis emendatio, et quō proficiat legēdū fit istud psalteriū institutio et cohortatio. Sequuntur quaedam Hieronymi Epistolae et ex Cassiodoro fragmenta; nec non Orationes. Psalterium excipiunt Cantica biblica et Symbolum Athanasii, omnia cum commentario. Paginarum numeri et custodes non adsunt; adest vero signatura.

1190. 192. Postilla domini Guillerini sup̄ Epistolis et Euangelijs dn̄icalibus vna cum de sanctis sm̄ sensum litteralē collecta.

In fine legitur: Anno salūte deitatis. Mcccccxcix. ix. kal. april Postilla Guillerini sup̄ epl̄as pauli necnō euangelijs dominicalib9 vnacū de sanctis sm̄ sensum litteralē collecta. In Nurnbergk ciuitate imperiali p̄ Antoniū Koberger inibi conciue imp̄ssa. Hocq; fineq; salubriter ɔpleta, de quo gloria sit iesu bone tibi nunc et iugiter Amen.

Titulus non nisi tres, epilogus septem lineas integras implet. Forma editionis minor est ac praecedentis. Eo quoque differt haec posterior editio, quod postilla textum undique cingat. Habet numeros foliorum.

In hac ut in praecedente editione, epistolae antecedunt. Evangelia folio LVII incipiunt et folio CXLI finiuntur.

1191. 193. Psalterium cum apparatu vulgari firmiter appresso. Lateinisch Psalter mit dem teutschen nutzbarlichen dabey getruckt.

In fine legitur: Psalteriū cum apparatu vulgari pro more barbarico translatū. Basilee impressum per Michaelem Furter: Anno domini. Mcccccııj.

Hie endet der spalter mit dem teutschen: nutzbarkayt der psalm sunderlichen.. Getruckt zu Basel durch Michel Furter in dem Jar als man zalt. M. cccc. und iij. iar.

Tam latinus quam germanicus titulus, rubris litteris impressus, tres lineas implet; inter utrumque figura ligno incisa et atramento expressa, Michaelis Furteri insignia exhibens. Titulum sequitur Calendarium et index foliorum alpha-

phabeticus. Deinde: „Incipit psalteriu iuxta comunem orthodoxe ecclesie ri„tum cum apparatu vulgari pro more germanoru concinniter adiuncto.“ Sequuntur Psalmi, latine, literis majoribus exarati, ad latus et in imo margine adjuncta versio germanica, literis minusculis. Initiales litterae impressae non appictae sunt. Agmen claudunt Cantica biblica et Symbolum Athanasii, latino-germanice, deinde Litania et orationes quaedam, latine tantum. Specimen versionis Germanicae: Selig ist der ma d. nit abgieg in den rat der ungütigen. vn nicht stünd i de weg der Sünder vand nit sass uff dem Lerstul d. todtsuch. Sunder syn will ist in dem gesetz des herre. vn in seine gesaz wird er betrachte tag vn nacht. rel.

1192. 194. Postilla euangeliorum et epistolarum dominicalium: necno de sanctis per circulum totius anni cur. passione christi et etiam tabula.
(Insigne Francisci Regnault, rubrum.)
Uenalis extat, sub diuo Claudio vici diui Jacobi.

Ante tabulam legitur: Postille epistolar; et euangelior; dnicaliu: necno de sctis cu passioe dni expliciut feliciter. Impssu est hoc opus parisiis expesis honesti viri Francisci regnault anno dni Millesimo-qngentesimo. v. die. xxiiij. februarij.

Titulus litteris rubris et nigris impressus. Postilla est Guillierini, cujus epistola ad lectorem in aversa pagina tituli habetur. Fol. 2. Incipit postilla super euagelia et pmo super dnicalia scdm sensu lraru iuxta ccordantias euagelistarum. Quaelibet pagina duas implet columnas. Textus litteris majusculis praemittitur, quem sequitur postilla, literis parvis. In hac editione evangelia incipiunt et Epistolae sequuntur Fo. 96. — Forma proprie est octava maxima.

1193. 1895. Postille maiores in epistolas et euangelia per totius anni decursum, tam dominicalium q; ferialiu: quattuor tempor: Quadragesime: Passionis christi quattuor euaugelistaru, de tempore et de sanctis: vna cum morali euangelior; expositione: doctor; additionib9, questionibus, dubiorum resolutionibus, pluriuq; id genus scitu dignoru: exquisita correctione, nouaq; pressure sollertia elucubrate. Cum summario remissionis principaliu sentetiaru indice singulari. Anno christiano M. ccccc. vII. Basilee.

Ante

Ante Tabulam legitur: Exaratum per magistrum Jacobu de Pforzheym ciue Basilen. Ad quartudecimu kale. Septebres. Anno a natali Christiano. M. ccccc. vii. Basilee.

In aversa tituli pagina, figura reperitur ligno incisa Christum crucifixum inter Mariam et Johannem repraesentans, cum carmine Johannis Scoti, cujus etiam sequitur epistola ad lectorem, data Basilee ad quartum decimu kalen. Septembres. Anno a natali christiano, M. CCCCC. VII. Hanc, excipit Tabula Epistolarum et evangeliorum, et prologus Guillerini, qui hic Guilhelmus vocatur. Sequitur: „Postilla siue expositio epistolaru tam dominicaliu q; feria„liu necno quattuor per decursum totius anni.“ Postilla textum cingit. Adjicitur Repertorius index principaliu sentetiar;, cujus ultima folia, in hoc exemplari, caeteram optimo, temporum injuria deficiunt.

1194. 196. Psalterium cu apparatu vulgari firmiter appresso. Lateinisch Psalter mit dem teutschen da bey getruckt.

In fine: Psalterium cum apparatu vulgari pro more barbarico translatum: Argentine, impressum per honestum virum Joannem Knoblouch. Anno. M. ccccc. viij. Hie endet der Psalter, mitt dem teutschen: nutzbarkeit der psalm sunderlichen, getrukt zu Straßburg durch Johannem Knoblouch, in dem Jar als man zalt Tausent funff hundert vnd. viij.

Tam latina quam germanica epigraphe minio exarata, excepta prima littera latina. Inter utramque figura nigra, Davidem genibus nixum citharaque ludentem, Deumque e nubibus illum exhortantem, repraesentans. Sequitur Calendarium, deinde: „Incipit Psalterium iuxta communem orthodoxe eccle„sie ritum: cum apparatu vulgari pro more germanorum concinniter adiun„cto.“ Summaria praefiguntur germanice. Editio caeterum omnia illa habet, quae prior anni 1503. Index ad finem rejectus.

1195. 197. In puerbia Salomois Roberti Holcoci seu Thome Gualesij viri (siue hic siue ille fuerit author) Anglicani et ordinis predicatorij longe doctissimi Explanatioes locupletissime plurimain historie et fabulameti ad moru emendationem complectentes: vt proximo patebit indice.

Uenundantur Parrhisiis in edibus Ascensianis Joannis parui et Joannis Frellon.

(Figura sistens prelum Ascensianum, cum ejusdem signo.)

In fine: Finis proverbior; Salomonis cu fecudissima explanatione (vt nonulli sentiut) Magistri Roberti Holcot. vt alij. Mgri Thome

me

me vvaloys: de gallia anglicani ordinis predicatorum: In edibus Ascensianis ad decimu Caledas octobris. M. ccccc. x. DEO. SIT GLORIA.

In aversa tituli pagina, exstat Ascensii ad Guilielmum Hyetum Theologie bacchalarum formatum dedicatio, litteris gothicis, aeque ac titulus. Hanc excipit Tabula alphabetica, litteris romanis, item directorium erratorum. Sequitur: „Prologus expositionu historijs et eruditioe refertissimarum in pverbia „Salomonis: que a compluribus magistro Roberto Holcot ascribuntur: cum „Thome Gualesij videantur." Textus membratim literis majusculis, lectiones autem parvo typo impressa sunt, iisdemque gothicis. Post Lectionem CLXXX, adduntur duo ultima capita prouerbiorum sine commentario, nisi quaedam deficiant.

1196. 198. Psalterium, sed tam a fronte quam a fine mancum, et alias male habitum.

Editio sane antiquissima. Spatium relictum ad inserenda feriarum nomina et ordinem. Signatura literis rubris impressa: paginarum numeri et custodes non adsunt. Litterae initiales omnes rubrae, quandoque admodum magnae, sed sine ornamentis.

1197. 199. Psalterium dauidicum. Cantica et Hymni.
Ad lectorem tetrasticon Joannis Gallinarii. B.

Accipe psalmographi diuia poemata vatis
Accipe perpetua scripta notanda cedro.
Vt parte etherei post fata fruaris olimpi,
Hunc Dauida legas vir Juuenisq; puer.
Anno. M. D. XV.

Titulus ornamentis inclusus. Priora verba litteris gothicis et quidem minio, reliqua romanis iisque nigris impressa sunt. Anni numerus ruber. Sequitur registrum et Psalmus inuitatorialis. Ante Psalmos, missalibus litteris impressis, lineae rubrae reperiuntur ad inscribendas notas musicas. Signatura nigra est, et numerus foliorum adjectus. Litterae initiales plerumque rubrae, interdum vero nigrae, ornamentis ornatae et ligno incisae. Deinde sequuntur hymni, sed titulo particulari, additis lineis ad notas musicas inserendas. Liber splendide impressus.

1198. 200. 1515 Psalterium ex hebreo diligetissime ad verbu fere tralatu: fratre Felice ordinis Heremitarum sancti Augustini iterpte p summu potifice Leonem decimu approbatum. Cu gratia et priuilegio Per decennium.

In

In fine: Anno christi redemptoris. 1515. die. 5. Septēbris excussum Uenetijs in edibus Petri Liechtenstein Coloniēsis impressoris. Impensis ac sumptibus egregij viri do. Danielis Bobergi Antuerpiensis. Regnate inclito ac serenissimo Leonardo Lauredano venetiar; principe cium virtutum fautore.

Anni numerus et ultima verba tituli nigris, reliqua rubris literis impressa sunt. Sequitur F. Felicis Pratensis epistola ad Leonem X., item ejus epistola ad lectorem, Leonis Papae Decimi approbatio et Daniel Bombergus ad lectorem. Hinc incipit ipsum Psalterium versibus distinctum. In primo margine variantes lectiones vulgatae, in altero explanationes adjectae sunt, interdum quoque vocabula hebraica. Psalmum quemlibet sequuntur aliqua monita, et in fine Errorum correctiones. Omnia literis gothicis.

1199. 201. Epistolæ Pauli vulgatæ editionis, cum alia translatione e Graeco facta. Titulus deficit.

Ad calcem epistolæ ad Hebræos, legitur: Impressum Colonie in aedibus Martini vverdenē. Nonis Junij. Anno dñi. M. D. XV.

Vulgata editio, sive ut hic scribitur additio, majusculis, nova versio vel ut hic vocatur Intelligentia ex Graeco, minoribus litteris, ad prioris marginem impressa est. Cuique epistolae praemittuntur Canones. Epistolam ad Hebraeos excipiunt Pauli et Senecae amoeboeae, Hieronymi prologus generalis in epistolas Pauli, itemque specialis in epistolam ad Romanos. Ultimam paginam implet figura, ligno rudi Minerva incisa, Sanctum Paulum inter quatuor Evangelistarum animalia symbolica sistens.

1200. 202. Psalterium dauidis cū Hymnis, ex originali haud modica diligentia emendatum.

(Insigne aliquod.)

Impressit Liptzk, Melchior Lottherus.

In fine: Psalterium Dauidis, adiunctis Hymnis felicem habet fine opera et impensis Melchioris Lottheri ducalis opidi Liptzensis ciuis. Anno Millesimo quigentesimodecimosexto. xvj. die Martij. (Insigne typographicum Lottheri.)

Titulus literis rubris impressus, excepta prima litera admodum magna, ligno incisa et typographi nomine. In aversa pagina Deiparae imago, conspicitur. Sequitur ipsum psalterium; litterae initiales omnes minio exaratae, adjectae lineae notis musicis inservientes. Foliorum numerus ruber, signatura nigra; typus magnus et elegans. Fol. S. iij incipit Hymnarius, sine peculiari titulo. Agmen claudit registrum Psalmorum et epigraphe literis rubris.

1201.

1201. 203. In epistolam Pauli apostoli ad Romanos paraphrasis, quae commentarii vice possit esse per Des. Erasmum Roterodamum ad rever. Card. Grimmanum.

Ad calcem: Basileae, apud Joannem Frobenium mense Novembri M. D. XVIII.

Typus romanus maiusculus.

1202. 204. Paraphrasis in dvas epistolas Pauli ad Corinthios, per Erasmum Roterodamum recens ab illo conscripta, et nunc primum typis excusa, ad Christi Pauliq; gloriam. Catalogum reperies in proxima pagella. In inclyta Basilea.

In fine: Finis ad gloriam Jesu Christi, et Pauli Apostoli. Anno M. D. XIX. Tertio Calen. Febr.

Titulus nimbo cinctus, in cujus infima parte nomina Lvcraecia et Tarqvinius visuntur. In aversa pagina sequitur: Elenchus huius opusculi. Praefatio ad reuerendissimum D. D. Erardum de Marca principem et episcopum Leodiensem (data anno 1519. Non. febr. Lovanii) Argumentum in priorem ad Corinthios epistolam. Paraphrasis Erasmi Roterodami in eandem. Argumentum ejusdem in secundam. Paraphrasis in eandem. Omnia typis romanis, majusculis et elegantissimis.

1203. 205. Commentarii initiatorii in quatuor Evangelia, in euangelium secundum Mattæum. In euangelium secundum Marcum. In euangelium secundum Lucam. In euangelium secundum Johannem. Jacobo Fabro Stapulensi Autore.

Commentarii initiatorii. Jacobi Fabri Stapulensis, in Evangelia Divorum Lucae et Johannis. Pars Secunda.

In fine: Commentarii Jacobi Fabri Stapulensis in Johannem, ad dei gloriam et honorem, finis. Excusum Coloniæ, impensis M. Godefridi Hittorpii, ciuis Colonien.

Titulus, et totus liber, litteris romanis impressus. Sequitur Autoris ad christianos Lectores praefatio, et Evangelistarum concordia. Postea sequuntur ipsa Evangelia, eo ordine ut commentarius minori charactere impressus singula capita subsequatur. Numerus anni 1521 calamo libri appictus, sed Praefatio Fabri Stapulensis subscripta est: Meldis 1521.

1204. 206. Novvm Testamentvm omne, ad Græcam ueritatem, Latinorumq; codicu emendatissimorum fidem iteru diligetissime a D. Erasmo Roterodamo recognitum. Adjecta et noua illius praefatione. Praeterea,

terea, addita sunt in singulas Apostoloru Epistolas argumenta per eundem Erasmum Roterodamum. Basileae, apud Jo. Frobenivm. An. M. D. XXI.

In fine: Basileae, apvd Jo. Frobenivm XIIII. Men. Junii. Anno M. D. XXI.

Titulus nimbo cinctus, et ut ipse Textus, litteris italicis impressus. Praefationem seqvitur Erasmi ad Leonem PP. X. Epistola, data Basileae Cal. Febr. 1516. Vitae Evangelistarum et Apostolorum a S. Hieronymo, praefiguntur cujuscunque operibus. Prima Pagina Evang. Matthaei et Epistolae ad Romanos nimbis cinctae sunt. Loci paralleli adduntur in margine. Ultimam paginam occupat Frobenianus caduceus.

1205. 207. Novvm Testamentum. Totvm ex graecorum codicum fide iuxta tertia æditionem Erasmi Roterodami diligenter recognitum et emendatu, vna cum cocordantijs. Lypsiæ in ædibus Nicolai Fabri. Anno domini M. D. XXII.

Evangelium Matthæi. Lypsiæ in ædibus Nicolai Fabri, Mense Mar. Anno dni. M. D. XXII.

Evangelium Marci. Lypsiæ ex ædibus Nicolai Fabri. Anno dni. M. D. XXII. (Arma Lipsiæ.)

Evangelium Lucæ. Interprete Erasmo Roterodamo vna cum concordantijs. Lipsiæ in ædibus Nicolai Fabri, Anno domini M. D. XXII. (Eadem insignia.)

Evangelium Joannis. Lypsiæ in ædibus Nicolai Fabri. Anno dni. M. D. XXII. (Eadem insignia.)

Ad calcem: Lipsiæ, in ædibus Nicolai Fabri. Anno domini M. D. XXII. (Ejusd. insigne typographicum.)

Acta Apostolorum. Interprete Erasmo Roterodamo, vna cum concordantiis. Lypsiæ, in ædibus Nicolai Fabri. Anno M. D. XXII. (Arma Lipsiæ.)

Ad calcem: Lipsiæ, in ædibus Fabri, Mense August. Anno dni. M. D. XXII.

Epistola Pauli Apostoli ad Romanos, Interprete Erasmo Roterodamo, vna cum concordantijs. Lypsiæ, in ædibus Nicolai Fabri. Anno dni. M. D. XXII. (Eadem insignia.)

Epistolæ Pauli duæ ad Corinthios. Interprete Erasmo Roterodamo, vna cum concordantijs. Lypsiæ, in ædibus Nicolai Fabri. Anno dni. M. D. XXII. (Eadem insignia.)

Ad calcem: Lipsiæ, ex ædibus Nicolai Fabri. Anno Christi M. D. XXII.

Epistola Pauli ad Galatas (ut præc. tit.)

Epistola Pauli ad Ephesios (ut præc. tit.)

Epistola Pauli ad Philippenses (ut præc. tit.)

Ad calcem: Lipsiæ, ex ædibus Nicolai Fabri. Anno domini M. D. XXII.

Epistola Pauli ad Colossenses (ut præc. tit.)

Epistolæ Pauli duæ ad Thessalonicenses (ut præc. tit.)

Ad calcem: Lipsiæ, ex ædibus Nicolai Fabri. Anno Christi M. D. XXII.

Epistolæ Pauli duæ ad Timotheum (ut præc. tit.)

Ad calcem: Lipsiæ (ut præc.)

Epistolæ Pauli ad Titum et Philemonem (ut præc. tit.)

Ad calcem: Lipsiæ (ut præc.)

Epistola Pauli ad Hebræos (ut præc. tit.)

Epistola Beati Jacobi (ut præc. tit.)

Epistolæ duæ beati Petri Apostoli (ut præc. tit.)

Epistolæ beati Joannis Apostoli. Cum epistola beati Judæ Apostoli. Interprete Eras. Rot. vna cum concordantiis. Lypsiæ, in ædibus Nicolai Fabri. Anno domini M. D. XXII.

Ad calcem: Lipsiæ (ut prius.)

Apocalypsis beati Joannis Theologi (ut præc. tit.)

Praemittitur Roterodami Epistola ad Lectorem et Fragmentum Athanasii, eodem interprete. Tituli omnes nymbis cincti sunt. Totum opus literis romanis exaratum. Praemittuntur operibus vitae auctorum ex. Hieronymo. Quilibet liber suum habet titulum, suamque signaturam, desunt enim custodes et foliorum numeri.

1206. 208. Bibliorum opus integrum. Veteris quidem testamenti tanslatio antiqua, ad uetustissimorum, emendatissimorumq; codicum fidem cum summo studio recognita. Noui vero Erasmi nouissima æditio, cum noua eiusdem præfatione: quæ traditæ nobis Philosophiæ Euangelicæ causam assignat. Ad hæc. De utriusq; Instrumenti libris uel admissis, uel reiectis, ex Athanasio fragmentum; Eras. Roterodamo interprete. In inclyta Germaniæ Basilea. Anno M. D. XXII.

Ad calcem: Bibliorum Finis. Basileæ. In Aedibus Thomæ Volfij. Anno M. D. XXII.

Ma-

Maxima pars tituli et totus textus litteris italicis exaratus est. Veteri Testamento praemittuntur Thomae Wolfii Epistola ad Lectorem, Fragmentum Athanasii, Hieronymi Epistola ad Paulinum, ejusdem Prologus galeatus, Distinctio Librorum V. T. Novo vero Testament. praefigitur duplex Erasmi ad Lectorem Epistola. Librorum distinctio ultimam paginam implet. Vitae Autorum praefiguntur, ut in praecedenti.

Editio rarissima, quam raro completa.

1207. 209. Biblia Sacra Vtriusq; Testamenti, diligenter recognita et emedata: no paucis locis, que corrupta erant, collatione hebraicorum voluminum restituta. Ite in calce libri ex Athanasio Fragmentu de libris vtriusq; Testamenti.

Ad calcem: Nurembergæ, per Foedericum Peypus: Sumptu integerrimi viri Johannis Koberger Nurembergensis. Anno nostræ saluris Millesimoquingentesimo vicesimosecundo: Mense Decemb.

Litteris gothicis, excepta praefatione Andræ Osiandri, quæ aversam tituli partem occupat: Correctiones ex hebræo et loci paralleli in margine. Paginæ in columnas divisæ. Custodes non adsunt. Titulus nimbo cinctus.

1208. 210. Ex Novo Testamento Quatuor Euangelia, Erasmo Roterodamo iam tertio diligentissime recognita, emendata, atq; adeo ad Græcam veritatem, et subinde non paucorum utriusq; linguæ codicum fidem liberius uersa. Item: Capita evangeliorum antehac desyderata. Argentorati, apud Hulderichium Morhardnm. An. M. D. XXII. nono Cal. septemb.

Ad calcem: Argentorati, apud Hulderichium Morhardum. Mense Augusto. Anno M. D. XXII.

Titulus limbo circumdatus est, in quo conspiciuntur literæ V. M. (Vlrich Morhard). Typus romanus, majusculus.

1209. 211. Epistolae Pauli Apostoli ad græcam ueritatem et ueterum Latinorum Codicum fidem recognitæ per Erasmum Roterodamum Sacræ Theologiæ professorem. Ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

Ad calcem: Argentorati, apud Hulderichum Morhardum, Mense Aprilis. Anno M. D. XXII. regnante Imperatore Cæs. Carolo P. F. Aug. πάντα μὲν καθαρὰ καθαροῖς.

Titulus eodem limbo circumdatus ac præcedens. Argumenta præmittuntur. Typus idem ac in Evangelistis.

1210. 212. Ex novo Testamento, Acta seu Gesta Apostol. Euangelij portio non minima, Erasmo Roterodamo iam tertio, ac perinde diligentius re-

recognita. Item Epistolae Jacobi, Petri, Joanis, et Judae Apostolorum. Adiecto libro Apocalypseos Joanis Theologi. Argentorati apud Hulderichum Morhardum. Mense Junio An. M. D. XXII.

Limbus tituli idem ac in praecedentibus. Argumenta Epistolarum praemittuntur.

1211. 213. Joannis Pomerani Bugenhagii in librum Psalmorum interpretatio, Wittenbergae publice lecta. Basileae, anno M. D. XXIIII. Mense Martio.

Ad calcem: Basileae, apud Adamum Petri, Mense Martio Anni M. D. XXIIII.

Titulus limbo cinctus, in quo litterae A. P. (Adamus Petri.) Aversam tituli faciem occupant Lutheri et Melanchthonis ad Lectores epistolae, quas sequitur Bugenhagii ad Fridericum Electorem et Saxoniae Ducem dedicatio. Textus litteris romanis majoribus, commentarius italicis impressus est.

1212. 214. Joannis Bugenhagii Pomerani in librum Psalmorum interpretatio, Wittembergae publice lecta, Denuo iam ab ipso autore magna diligentia publice recognita et multis locis emendata. Cum indice. Basileae, Anno M. D. XXIIII. Mense Augusto.

Respondet haec editio praecedenti.

1213. 215. In Jesaiam Prophetam ΗΥΡΟΜΝΕΜΑΤΩΝ, Hoc est, Commentariorum, Joannis Oecolampadij. Libri VI. Adiecta est insigni huic operi utilis admodum per literas in margine distinctio, quae multum lectori cupide rem quampia inuestiganti, adminiculabitur. Anno D. MCCCCC XXV.

Ad calcem: Anno MDXXV. Jo. Soter excudebat.

Versio non est Hieronymi, sed ipsius Aecolampadii, ex Hebraeo facta et prima huius generis. Textus litteris romanis, Commentarius italicis s. vulgaribus impressus est. In Catal. Jablonsk. raris libris annumeratur. Recensionem habes in historia mea biblica.

1214. 216. Biblia V. T. sine titulo.

Ad calcem: Basileae, per Andream Cratandrum privilegio Caesareo excusum, mense Augusto, Anno M. D. XXVI.

Praemittitur Cratandri Epistola ad lectores, data 13 Aug. 1526. Item de auctoritate septuaginta interpretum. Deinde incipit Genesis, praemisso titulo sequenti. Bibliorum sacrorum Latina interpretatio iuxta translationem LXX. interpretum. Typus romanus, duae columnae, in margine loci Paralleli. Ad calcem Athanasii fragmentum.

1215. 217. In Postremos tres Prophetas, nempe Haggæum, Zachariam et Malachiam, Commentarius Joan. Oecolampadij. Cum Indice. Cum gratia et priuilegio Cæsareo.

Ad calcem: Basileae, apud Andream Cratandrum, mense Januario, anno M. D. XXVII.

Præmittitur autoris præfatio et index. Typus ut in codice 1213.

1216. 218. *Biblia. Habes in hoc libro* prudens lector vtriusq; instrumenti nouam translatione æditam à reuerendo sacre theologiæ doctore *Sancte* pagnino lucensi concionatore apostolicæ *Prædicatorii* ordinis, nec non et librum de interpretamentis hebraicorum, arameorum, græcorumq; nominum, sacris in literis contentorum, in quo iuxta idioma cuiuscuq; linguæ, propriæ ponuntur interpretationes, deriuationes ac eor; compositiones ad amussim disquiruntur, citantur loca, et codicum latinorum varietates subnotantur, et corrupta ac deprauata propriæ restituuntur scriptioni, accetus quoq; per impositas virgulas comostrant, singulis in capitibus quot sint versus in hebræis codicibus, recesetur, vt pauca sint desideranda. Habes et in libri fronte eiusdem *ἐπιτομήν*. i. Abbreuiationem librorum historialium veteris instrumenti, et errorum castigationes quas quisq; exacte conspiciens suum corrigat librum, duas *Joannis Francisci Pici mirandulæ* domini egregias *Epistolas* ad eundem, *Epistolam* translatoris ad *Clementem* septimum *Pontificem* maximum, et proemium in quo maximis efferuntur laudibus sacræ literæ. 1528.

Post Apocalypseos finem: Veteris ac noui instrumenti noua translatio per Reuerendu sacræ Theolo. docto. Sanctem Pagninu. Lucen. nuper ædita, explicit. Impressa est autem Lugduni per Antonium du Ry. calcographum diligentissimu, impensis Francisci Turchii, et Dominici Berticinium Lucesium, et Jacobi et Giuntis bibliopolæ ciuis Floretini. Anno dni. 1. 5. 2. 7. Die uero. xxix. Januarij.

Titulus limbo circumductus est, in quo ut et in subjecto signo typographico literæ I F 3. conspiciuntur. Forma libri maior, typus romanus. Versus in margine numero et in textu hoc signo ¶ distingvuntur. Vocabula de quibus titulus, rubra sunt. In aversa tituli facie Epigramma græcum. Sequuntur Adriani pp. VI. privilegium Sancti Pagnino concessum, ut et Clementis pp. VII.

VII. et Bulla Clementis V. Deinde Epitome librorum historicorum V. IR. Castigationes errorum, Epistolæ Joh. Franc. Pici, et Pagnini ejusdemque Prologus.

1217. 219. S. Psalmorum libri qvinqve ad ebraicam veritatem versi, et familiari explanatione elucidati. Per Aretium Felinum. Theologum.

Ad calcem: Argentorati, Georgio Vlrichio Adlano chalcographo, mense Septembri, Anno M. D.XXIX.

Autor est Bucerus, qui nomine falso usus librum Francisco Valesio Delphino dedicavit. Textus litteris romanis, commentarius italicis exaratus est.

Idem sors contigit huic libro, quam locis communibus Melanchthonis cum nomine Philippi de Terra Nigra prodirent. Magni aestimabant illum Cardinales et Episcopi, donec Bucerum auctorem esse audirent: tum autem suppressum reiecerunt inter libros damnatos. Wendlerus P. II. p. 9. Thesaurus bibliothecalis Vol. II. p. 230. Bibliotheque critique de Sainjore (Simon) T. III. p. 257 sq. Morhofii polyhistor T. III. l. V. §. 17. p. 529. Le Clerc biblioth. ancienne & moderne T. I. p. 145. Memoires of Literature T. II. p. 107. A.

1218. 220. In Danielem Prophetam Joannis Oecolampadij libri duo, omnigena et abstrusiore cum Hebræorum tum Græcorum scriptorum doctrina referti. (Disticha duo graeca.)

Basileæ, apud Thomam Volfium. An. M. D. XXX.

Præmittitur Epistola apologetica ad Christianum orbem. Typi sunt ut in codice 1215. Ultimam paginam ornat insigne Basileense, ligno incisum.

1219. 221. Psalteriu Beati Brunonis, Episcopi quondam Herbipolensis: a Johane Cochleo Presbytero restitutum, et Hebraica veritate adauctum. Lipsiæ, Anno Dni. M. D. XXXIII. Cum Priuilegio Quinquennali.

In fine: Explicit Beati Brunonis Psalterium, ex doctorum dictis collectum, vna cum reliquis adiunctis Canticis et Comentarijs. Excusum Lipsiæ, per Nicolaum Fabru Chalcographum, Anno Domini. M. D. XXXIII.

Titulus partim litteris rubris gothicis, partim nigris romanis, Textus et comment. Romanis, argumenta gothicis litteris impressa. Sequuntur Cochlæi Dedicatio ad Episcopum Herbipolensem, Prologus in Psalterium ex diversis doctoribus, Cochlæi præfatiuncula, Index et Errata. Varietas ex vulgata margini apposita est. Sequuntur Cantica et Symbolum Athanasii cum notis Brunonis.

1220. 222. In Hieremiam Prophetam Commentariorum libri tres Joannis Oecolampadii. Eiusdem in Threnos Hieremiæ Enarrationes. Argentinae, anno M. D. XXXIII.

Præmittitur Guolfgangi Capitonis ad Wandalinum Rihelium de virtute et usu Prophetarum epistola. Typus romanus.

1221. 223. Joannis Oecolampadii, Doctoris vndecunqve doctissimi, in librum Job Exegemata: eruditum sane opus ac omnibus divinæ scripturæ studiosis vtile. Basileæ, excudebat Henricus Petrus mense Martio. Anno M. D. XXXII.

Præmittitur Simonis Grynaei Epistola ad Martinum Frechtum, et Colloquium Sapphicum Johannis Sapidi. Typi ut in editione 1218. Tam in titulo, quam in ultima pagina reperitur. Signum Henrico-Petrinum.

1222. 224. In Prophetam Ezechielem Commentarius D. Joan. Oecolampadij, per Vuolfgangum Capitonem æditus. De obitu Oecolamp. Epist. Grynaei. De vita eius Vuolfgan. Capito.

(Signum Matthiæ Apiarii.)

Argentorati, apud Matthiam Apiarium. Anno M. D. XXXIIII.

Ad calcem: Argentorati, apud Matthiam Apiarium. Mense Martio. Anno. M. D. XXXIIII.

Typi, ut in edit. 1220.

1223. 225. Novum Testamentum omne Latina versione, oppositum æditioni uulgari siue Germanicæ, in usus studiosorum uulgatum. Das gantz Neuw Testament zu Teutsch dem Lateine entgägen gesetzt, mitt sampt den nodtwendigen Concordantzenn. Was aber die vrsach sye darumb diß Testament jm gägennsatz beyder sprachen vßgangen sye, findest du inn der vorred. Zürych, by Christoffel Froschouer im Augstmonat des M. D. XXXV. jars.

Sequitur ad candidum lectorem, Joannis Zwiec Constantiensis Exhortatio, latine et germanice, Elenchus capitum latine, et subinde germanice. Loci Paralleli in margine. Paginae in duas columnas divisae, unam latinam, alteram Germanicam.

1224. 226. Biblia. Breves in eadem annotationes, ex doctiss. interpretationibus, et Hebraeorum commentariis. Interpretatio nominum Hebraicorum. Index Epistolarum et Euangeliorum totius anni. Index rerum et sententiarum vtriusque testamenti. Antwerpiæ. Ex Officina Joannis Steelsii. Anno a Christo nato M. D. XXXVIII. In scuto Burgundiæ.

San-

Sanctum Jesu Christi Evangelium. Secundum Matthæum, Secundum Marcum, Secundum Lucam, Secundum Joannem. Acta Apostolorum. Antwerpiæ, ut in priori titulo.

Ad calcem: Typis Joannis Graphei.

Limbus titulum circumdat, in quo conspiciuntur litterae I. S. Sequitur Roberti Stephani Praefatio, Index Testimoniorum V. T. a Christo et Apostolis citatorum, Hieronymi Epistola ad Paulinum, Ejusdemq; Praefatio in Pentateuchum. Typus romanus, parvus, lineæ integræ.

In titulo N. Testamenti, Epistolarum et Apocalypseos non mentio fit. Extant tamen in ipso libro.

Si accurate describitur, signatura est formæ Octavæ.

1225. 227. Novum Testamentum Latinogermanum, ea fide et diligentia versum, et sic vnum alteri coaptatum, vt verbum verbo, et sententia sententiæ respondeat. Secundum translationem Hieronymi. Dat nieuwe Testament in Latyn ende Duyts, met grooter naerstichent ouergheset, ende also te samen gheuoecht, dat het een woort teghen het ander, ende die een sententie teghen dander ghestelt is. Na S. Hieronymus translatie. Esaie I. Audite coeli, et auribus percipe terra, quoniam Dominus loquitur. Esaias int eerste Capittel. Hoort ghi hemelen, ende ghi aerde luystert toe met uwen ooren, want die Heere spreect. Antverpiae, Ex Officina Matthæi Crommij, 1539.

Ad calcem: Antverpiae, apud Mattheum Crommium. Anno M. D. XXXIX.

Sequitur brevis in utraque lingva adhortatio ad lectores quae verbotenus est praefatiuncula Zwicci, in cod. 1223. Paginæ duas habent columnas exteriorem semper latinam, locis Parallelis munitam. Numerus foliorum et custodes desunt. Litteræ Romanæ et Belgicæ.

1226. 228. Novum Testamentum Latinum, ad antiqvissima Græcorum exemplaria, quam diligentissimè castigatum: inq; Latinam phrasim transfusum, quicquid erat Idiotismi uel Græci uel Hebræi. Quin et scripturarum concordantiis, una cum allusionibus, quam accuratissime illustratum. Præterea difficilima quæq; loca, sunt passim aut explanata, aut certe eminus ostensa. Figuræ quoque veteris Testamenti, quæ præter alia sacrorum literarum cognitu necessaria, argumenta quoq; totius noui Instrumenti ex ordine continent. Per B. Galterum Delœnum, Regiæ Majestatis Anglicanæ Biblioscopum, rel. Excudebat Londini, Johannes Mayler. Anno Dni. 1540.

Ad

Ad calcem: Londini, anno à Messia nato 1540. Mense Februario. Excudebat Joannes Mayler. Cum privilegio ad imprimendum solum.

Huius editionis perraræ recensionem lege in hist. mea biblica Tom. I.

1227. 229. Biblia Sacrosancta Testamenti Veteris et Noui, è sacra Hebræorum lingua, Grecorumq; fontibus, consultis simul orthodoxis interpretibus, religiosissime translata in sermonem Latinum. Authores omnemque totius operis rationem ex subjecta intelliges Præfatione. Paulus Rom. xv. rel. Tiguri Excudebat Christ. Frosch. Anno M. D. XLIIII.

Ecclesiastici libri, qui semper pro sacris libris ab Ecclesia habiti sunt, et digni uisi qui legantur a piis: non tamen parem cum canonicis scripturis authoritatem obtinuerunt, utpote quos majores nostri in ecclesijs legi uoluerunt, non tamen proferri ad authoritatem ex his fidem confirmandam. Sunt qui appellarunt Apocryphos, uocabulo rei forte non per omnia idoneo congruoue. Certe apud Hebræos non habentur, apud Græcos inueniuntur: ex quorum editione summa fide et religione in Latinam iam recens uersi sunt à D. Petro Cholino Tugino. Excudebat Christoph. Froschoverus Tiguri. Anno M. D. XLIII.

Novum Testamentum Omne, ad Grecorum exemplariu fidem, ad ueterem item æditionem, Erasmi quoq; Roterod. uersionem postremam, aliorumq; emendatorum Latinorum codicum interpretationem, recognitum, castigatum atque translatum: annotatis plærumq; diuersis in margine interpretationibus, loquutionum quoq; formulis, et singulorum capitum argumentis, ante hac nusquam à quoquam sic impressum atq; uulgatum. Tiguri Excudebat Christoph. Froschouerus, anno domini M. D. XLIII.

In quovis titulo compares insigne Froschoveri. Primarium titulum sequitur de operis huius instituto et ratione ad Christianum Lectorem Præfatio, et de omnibus S. S. libris, eorumque præstantia et dignitate Heinrychii Bullingeri Expositio, quam excipiunt Compendium et Scopus totius S. S. utriusque Testamenti. Typi romani, parvi; lineæ integræ: in interiori margine loci paralleli, in exteriore notulæ, summaria literis italicis. Præcipui autores hujus editionis sunt Leo Juda, Theod. Bibliander, P. Cholinus et Rod. Gualtherus, et quæ quisque præstavit in præfatione animadvertitur.

1228. 230. Biblia (omnino ut in praecedenti). Tiguri Excudebat Christ. Frosch. Anno M. D. L.

Ecclesiastici libri (ut in praeced.) Excudebat Christoph. Froschoverus Tiguri. Anno M. D. L.

Novum Testamentum (ut in praecedenti.) Tiguri Excudebat Christoph. Froschouerus, Anno domini M. D. L.

1229. 231. Biblia sacra iuxta vulgata quam dicunt editionem, a mendis qvibus innumeris partim scribarum incuria, partim sciolorum audacia scatebat, summa cura parique fide repurgata, atque ad priscorum probatissimorumque exemplarium normam, adhibita, interdum fontium autoritate, Joannis Benedicti Parisiensis theologi industria restituta, Annorumque à mundo creato ad Christum vsque natum supputatione illustrata. Adjecta est in fine Hebraicarum, Graecarum, caeterarumque peregrinarum vocum cum illarum varia à nostra prolatione, interpretatio. Quin et sententiarum insignium copiosum iuxtà ac accuratè collectum indicem suppegimus. Duo postremò indices etiamnum accessêre, quorum prior quae in scholiis notatu dignissima occurrêre, alter vero insignium locorum nomina colligit. — Secunda editio. Parisiis Prostant apud Carolum Guillard et Gulielmum Desboys, sub sole aureo, via ad diuum Jacobum, 1552.

Ad finem indicis: Parisiis Excudebat Benedictus Preuotius, sub stella aurea, via Frementella, Anno domini M. D. LII.

Forma maior, character romanus, exceptis summariis, quæ italico impressa sunt. In aversa tituli facie legitur Epistola Joh. Benedicti ad Lectores. Sequuntur, post ordinem librorum, Index Testimoniorum a Christo et Apostolis citatorum, et alter testimoniorum N. T. non expressis verbis ex V. T. desumptorum. Deinde Hieronymi Epistola ad Paulinum. Textus figuris ligno incisis ornatus est, non admodum affabre factis. Interiorem marginem Chronologia et loci paralleli, exteriorem adnotationes occupant. N. T. specialem quidem titulum non habet, incipit autem novus paginarum numerus.

1230. 232. Codex sacer et authenticus, testamenti vtriusq; Veteris et Noui, ex Hebraea et Graeca ueritate, quam proximè ad literam quidem fieri potuit, fidelissime translatus in linguam Latinam. De vniuersa huius operis ratione, disseretur in subiecta Praefatione. Scrutamini scripturas &c. Joan. 5. Tiguri excudebat Christophorus Froschoverus junior, Anno M. D. LXIIII. Volumina II.

Versio est Sanctis Pagnini. Titulum excipiunt Præfatio, Summa totius sacræ scripturæ et Ordo librorum V. et N. T. Typus romanus est, paginæ duas columnas habent loci paralleli in utroque margine literis italicis adiecti.

1231. 233. Biblia, sine titulo.

Prophetae omnes. Tubingæ, apud Viduam Vlrici Morhardi, M. D. LXIIII.

Novum Jesu Christi Domini Nostri Testamentum omne. Tubingæ, apud viduam Vlrici Morhardi. M. D. LXIIII.

Ad calcem: Tubingæ, apud Viduam Vlrici Morhardi. Anno, 1564.

Forma maior, character italicus. Summaria, loci paralleli, variæ lectiones in margine, charactere romano; lineæ integræ. Præfiguntur Joh. Brentii in sacros libros prooemium, Summa totus S. S., Index Testimoniorum duplex, ut in No. 1229. Ordo librorum, Hieronymi Prologus galeatus, et Præfatio ad Paulinum.

1232. 234. Biblia Germanicolatina. Vff Churfürstlichen Sächsischen Befehl gedruckt zu Witteberg. Cum gratia et Priuilegio. Anno M. D. LXV.

Exodus. Das ander Buch Mose. Witteberg M. D. LXV.

Leviticus, sine titulo.

Numeri. Das vierte Buch Mose. Witteberg M. D. LXV.

Deuteronomium. Das fünffte Buch Mose. Witteberg M. D. LXV.

Libri historici Josvæ — IIII. Lib. Regum. Die Historia Josue — 2 Bücher von den Königen.

Paralipomena — Job. Zwey bücher der Chronika. — Job. Witteberg M. D. LXV.

Psalterium Davidis. Der Psalter Davids. Witteberg. Gedruckt durch Johann Schwertel. Anno M. D. LXV.

Libri Salomonis: Liber proverbiorum, qvem Ebræi Misle appellant. Die Sprüche Salomo.

Ad calcem Insignia Saxonica.

Prophetæ omnes. Alle Propheten. (Eorum nomina.) D. Mar. Luther. Witteberg. Anno M. D. LXV.

Jeremias Propheta. Der Prophet Jeremia. Witteberg. M. D. LXV.

Ezechiel Propheta. Der Prophet Hesekiel. Witteberg. M. D. LXV.

Daniel Propheta. Der Prophet Daniel. Witteberg. M. D. LXV.

Prophetæ minores XII. Die XII kleinen Propheten. (Eorum nomina.) Witteberg. M. D. LXV.

Apocrypha: hoc est, Libri, qvi cæteris sacræ scripturæ partibus non æquales habentur, et tamen vtiliter leguntur: Apocrypha: Das sind Bücher, so der heiligen Schrifft nicht gleich gehalten, vnd doch nützlich vnd gut zu lesen sind. (Eorum Catalogus.)

Ecclesiasticus, sive Liber Jesu filii Sirach. Das Buch Jesus Syrach.

Libri duo Maccabeorum. Die zwey Bücher Maccabeorum. Witteberg. M. D. LXV.

Novum Testamentum. Das Newe Testament. D. Martin Luther. Witteberg. Anno M. D. LXV.

Secunda pars novi Testamenti. Das ander Teil des Newen Testaments. Rom. I. Non me pudet Euangelij Christi. Potentia siquidem Dei est, ad salutem omni credenti.

Ad calcem: Witebergæ Excusa typis Johannis Suuertelij. Et finita Anno Christi. M. D. LXV. Gedrückt zu Witteberg, durch Johann Schwertel. Und volendet im Jar Christi. 1565.

Volumina 10.

Tituli omnes, excepto Psalmorum, limbis cincti sunt, et in aversa parte conspicitur effigies Alexandri, Saxoniæ Ducis, cui opus dicatum est. Textus latinus typo italico majori, germanicus illo quem Cicero vocant, impressus est. Singula capita excipiunt annotationes latino germanicæ, litteris minutis. Paginæ duas columnas habent, duabus lineis distinctas. Textus figuris ligno incisis ornatus. Præfiguntur præfationes Lutheri. Summaria habentur in margine, litteris romanis. In fine Indices evangeliorum et epistolarum. Exemplar nitidissimum. Numerus paginarum non adest. Editio facta est studio D. Pauli Eberi.

D. Maior textum imprimendum curavit.

Paullus Crellius indicem incepit, sed non absolutum reliquit. P. Eber, contextum utrumque emendavit.

Dux Saxoniae impensas supplevit.

1233. 235. Canticum Canticorum Salomonis Regis, cum Commentariis trium Rabbinorum, Salomonis Jarchii, Abrahami Abben Ezræ, et Innominati cuiusda, G. Genebrardo Theologo Parisiensi diuinarum et Hebraicarum literarum professore regio interprete. Ad D. Carolum Lotharingum Cardinalem et Principem. Quibus accesserunt Interpretis fusæ obseruationes è nostrorum fere Theologorum monumentis. Parisiis, apud Martinum Juuenem, ad insigne Serpentis, via S. Joannis Lateranensis. 1570.

Textus romanis, commentarius italicis literis majusculis impressus est. Ultimam paginam occupat ad lectorem de hoc opere Epigramma, auctore Jacob. Estourneau.

1234. 236. Biblia (omnino ut no. 1232.) Anno M. D. LXXIIII.

Le-

Leviticus. Das dritte Buch Mose. Witteberg. M. D. LXXIIII.
Numeri rel. ut in praeced. 1232.
Deuteronomium rel.
Libri historici rel.
Paralipomena rel.
Psalterium Davidis. Der Psalter Davids. Witteberg. Gedruckt durch Hans Krafft. Anno M. D. LXXIIII.
Libri Salomonis rel.
Prophetæ omnes rel.
Jeremias rel.
Ezechiel rel.
Daniel rel.
Prophetæ minores XII. rel.
Apocrypha rel.
Libri duo Maccabæorum rel.
Novum Testamentum rel.

Secunda Pars novi Testamenti. Das ander Teil des Newen Testaments. Die Epistel S. Pauli. S. Peters. S. Johannis. An die Hebreer. Jacobi. Judas. Die Offenbahrung Johannis. Rom. I. rel.

Ad calcem: Vitebergae excusa typis Johannis Cratonis. Et finita anno Christi. M. D. LXXIIII. Gedruckt zu Wittenberg, durch Johann Krafft. Vnd vollendet im Jar Christi. 1574. Hebreorum 6. c. Werdet Nachfolger derer, die durch den Glauben vnd Gedult ererben die verheissungen. Volumina IX.

In fine N. T. addita est Erinnerung an den Christlichen Leser D. Pauli Crelli, in qua parallelorum a se infinite auctorum meminit, et ex qua apparet, esse hanc vere novam editionem. Præfatio Eberi 1565 antecedit.

1235. 237. Benedicti Ariae Montani Elucidationes in quatuor evangelia, Matthæi, Marci, Lucæ et Johannis. Quibus accedunt eiusdem elucidationes in Acta Apostolorum. Antverpiæ, ex Officina Christophori Plantini Architypographi Regij. M. D. LXXV.

Ad calcem. Excudebat Christophorus Plantinus Architypographus Regius. Antverpiæ, Anno M. D. LXXV.

Forma maior. Præmittitur authoris ad sanctissimam matrem Ecclesiam catholicam Rom. ejusdemq; pontificem summum et legitimos ministros omnes præfatio, itemque præfatio ad lectorem. Typus Textus magnus est et elegans et

elucidationum quae in margine exteriori apparent, character minutus, uterque romanus. Paralleli interiorem marginem occupant. In penultima pagina Protestatio Ariæ Montani et Censorum Antverpiensium judicium.

1236. 258. Quinque Libri Moysis iuxta veterem sev vulgatam translationem, ad hebræam veritatem emendati, et breui ac perspicua Explicatione illustrati, insertis etiam præcipuis locis communibus in lectione sacra obseruandis. Lucas Osiander D. Rationem totius nostri instituti ex altera præfatione huius primi Tomi intelliges. Cum gratia et priuilegio Illustrissimi Ducis Saxoniæ, Electoris &c. Tvbingæ, Excudebat Georgius Gruppenbachius. Anno 1578.

Liber Josue, Judicum, Ruth, Primus et secundus Samuelis, Primus et secundus Regum, Primus et secundus Paralipomenon, iuxta &c. (ut in priori.) Habes in hoc secundo tomo omnes Historias Biblicas, à Josue, vsq; ad captivitatem Babylonicam. Cum &c. (ut in priori) 1578.

Esdras, Nehemias, Esther, Job, Psalterium, Prouerbia Salomonis, Ecclesiastes, et Canticum Canticorum, iuxta &c. — Habes in hoc tertio Tomo, omnia scripta Canonica, ab Esdra vsque ad Prophetas. Cum &c. — 1578.

Jsaias, Jeremias, et Threni Jeremiæ, iuxta &c. — Habes in hoc quarto Tomo primarios duos Prophetas, reliquos, Domino volente, Quintus Tomus complectetur. Cum &c. — 1578.

Ezechiel, Daniel, Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæus, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, et Malachias: iuxta &c. — Habes in hoc quinto Tomo, omnia Canonica Scripta veteris Testamenti, quæ adhuc explicanda restabant. Cum — 1579.

Quatuor Euangelia S. Matthæi, S. Marci, S. Lucæ, et S. Joannis: Et acta apostolorum, iuxta. — Habes in hoc sexto Tomo omnia historica noui Testamenti Scripta. Cum — 1581.

Epistolæ S. Pauli Apostoli omnes, qvotqvot exstant, iuxta. — Non potuit hic septimus Tomus satis commode complecti omnia Apostolica scripta: quare reliqua in octauo Tomo, Domino volente, prodibunt. Cum — 1583.

Epistola ad Hebraeos: Jacobi: Prima et secunda Petri: Prima, secunda, et tertia Joannis: Jude: et Apocalypsis Joannis, iuxta — Ha-

Habes in hoc octauo Tomo omnia reliqua Scripta, quæ in Nouo Testamento restabant explicanda. Cum — 1583.

Jvdith, liber Sapientiae, Tobias, Ecclesiasticus, Baruch, Liber Machabæorum I. Machabæorum II. Fragmenta Historiæ Esther, Susanna, Historia Belis, Historia Draconis, Oratio Azariæ, Canticum trium puerorum, Oratio Manassæ, iuxta, — Habes in hoc nono et postremo Tomo omnia scripta Apocrypha, quæ D. D. Lutherus, piæ memoriæ, in Germanicam linguam transtulit. Cum — Anno M. D. LXXXVI.

Volumina IX et maxime spissa.

Titulum sequuntur Decani et facultatis Theologicæ Tubingensis præfatio, Autoris dedicatio ad Ludovicum, Ducem Wirtembergicum, ejusdemq; præfatio ad lectorem. Textus, litteris romanis impressus, commentario italico typo exarato, permixtus est. Cuilibet præmittitur dedicatio ad Principem quendam Germaniae, subiungitur index.

1237. 239. Bibliorum Codex sacer &c. (omnino ut editio 1230.) Tiguri apud Christophorum Froschoverum, M. D. LXXIX.

Hæc editio omnino ita comparata est, ut prior anni 1564. Ante novum Testamentum praemitt. verus situs aliquot locorum Terræ Sanctæ, ut et Charta ligno incisa.

1238. 240. Psalterium Davidis. Der Psalter Davids. (Effigies Davidis psallentis.) M. D. LXXXIIII.

Ad calcem: Erffordiae, Excudebat Esaias Mechlerus, impensis G. L. D. M. D. LXXXIIII.

Titulus ruber et niger, item effigies. Præmittitur Præfatio Lutheri latinogermanica. Textus latinus ubique primum locum obtinet. Glossæ germanicum textum in margine comitantur, aliquando etiam latinum. Index primo latine, deinde germanice, codicem absolvit. Numeri foliorum desunt.

1239. 241. Testamenti veteris Biblia Sacra, sive Libri Canonici priscæ, Judæorum ecclesiæ a Deo traditi. Latini recens ex hebræo facti, brevibusque Scholiis illustrati ab Immanuele Tremellio et Francisco Junio. Accesserunt libri qui vulgo dicuntur Apocryphi, latine redditi et notis quibusdam aucti a Francisco Junio. Multo omnes quam ante emendatius editi, numeris locisq; citatis omnibus capitum distinctioni quam hæc editio sequitur exactius respondentibus : quibus etiam adjunximus Novi Testamenti libros ex sermone Syriaco ab eodem Tremellio, et ex Græco a Theodoro Beza in Latinum conversos. Londini, Excudebat Henricus Midletonus, impensis C. B. M. D. LXXXV.

Bi-

Bibliorum Pars Secunda, id est, Libri Historici Latini recens ex Hebræo facti, brevibusque Scholiis illustrati ab Immanuele Tremellio et Francisco Junio. Librorum Index sequente pagina continetur. Londini, Typis Henrici Midletoni, M. D. LXXXV.

Bibliorum Pars Tertia, id est, Quinque libri Poëtici, Latine recens ex Hebræo facti, brevibusq; scholiis ad verborum interpretationem rerumq; methodum pertinentibus illustrati ab Immanuele Tremellio et Francisco Junio. Londini (ut supra.)

Bibliorum Pars Quarta, id est, Prophetici libri omnes, numero XVI. Latini &c. (ut in præcedenti titulo.) M. D. LXXXV.

Libri apocryphi, sive Appendix Testamenti veteris ad canonem priscæ Ecclesiæ adjecta, Latinaque recens e Græco sermone facta et notis brevibus illustrata per Franciscum Junium. Londini, (ut antea.)

Jesu Christi Domini Nostri Novum Testamentum, sive novum foedus è Græco archetypo Latino sermone redditum. Theodoro Beza interprete et iam ultimò ab eo recognitum. Cui additur ex aduerso eiusdem Noui Testamenti ex vetustissima Syriaca translatione, translatio Latina Immanuelis Tremelli Theologiæ Doctoris, et Professoris celeberrimi. Londini, Excudebat Henricus Midletonus Typographus, 1585.

Titulum excipiunt editorum ad Fridericum Comitem Palatinum Dedicatio, Præfatiuncula ad Lectores et Ordo librorum Canonicorum V. T. Præmittitur cuilibet libro tabula synoptica. Typi romani, minuti, elegantes. Notæ in utroque margine, romano charactere, sed minori, summaria, italico. Paginæ duas habent columnas. In quolibet titulo imago boni pastoris.

Secunda pars eidem Friderico, tertia Johanni Casimiro Palatino Comiti ad Rhenum, quarta Gvilhelmo, Landgravio Hassiæ, Apocrypha Gulielmo Principi Auriaco, Novum Testamentum Elizabethæ Angliæ Reginæ, dicatâ sunt.

1240. 242. Testamenti &c. (ut præcedens editio 1240) — editi et aucti locis innumeris, quibus etiam adjunximus Novi Testamenti libros ex sermone Syro ab eodem Tremellio, et ex Græco à Theodoro Beza in Latinum versos, notisq; itidem illustratos. Secunda cura Francisci Junii. (Signum Wechelianum.) Genevæ, apud Joan. Tornæsium, Impensis And. Wecheli Hæredum, Claudii Marnii et Joannis Aubrii, M. D. XC.

Bibliorum pars secunda (ut no. 1240.) Genevæ, (ut prior titulus.)

Bi-

Bibliorum pars tertia (ut no. 1240.) Francofurti, apud Andreæ Wecheli Hæredes, Claudium Marnium et Joannem Aubrium.

M. D. XC.

Bibliorum pars quarta (ut no. 1240.) Genevæ, (ut primus titulus.)

Libri Apocryphi (ut no. 1240.) Francofurti, (ut Titulus partis 3.)

D. N. Jesu Christi Testamentum novum, sive Fedus novum, — — cui ex averso additur ejusdem novi Testamenti ex vetustissima tralatione Syra, Latina translatio Immanuelis Tremellii conjuncta notis ad linguæ et rerum intelligentiam. Franciscus Junius recensuit, auxit, illustravitq;. Genevæ, apud Joan. Tornæsium, Impensis And. Wecheli Hæredum, Claudii Marnii, et Joannis Aubrii.

M. D. CX.

Collatio cum hebræo margines occupat, notæ quodvis caput sequuntur. Textus litteris romanis impressus est, cætera italicis. Dedicationes et reliqua ut in priori editione.

1241. 243. Biblia Sacra Veteris et Noui Testamenti. Quid sit hac noua editione præstitum, sequens Præfatio Consistorii Theologici, in Ducatu Wirtembergico, &c. docebit. Tubingæ, Excudebat Georgius Gruppenbachius. Anno. M. D. XCIII. Cum Privilegio.

Prophetæ omnes. Tubingæ (ut ante.)

Novum Jesu Christi Domini nostri Testamentum omne (ut ante.)

Titulus limbo cinctus est; in cuius aversa parte cernitur effigies, Ludovici, Ducis Wirtembergensis, ligno incisa ab I. I. Sequuntur, Summa totius S. S. et Ordo Librorum. Textus parvis litteris romanis impressus est, columnis divisis; in margine loci paralleli, literis italicis. Ad calcem est Interpretatio nominum hebraicorum et Index rerum et verborum.

1242. 244. Biblia sacra Veteris et Novi Testamenti, secundum vulgatam versionem ad Ebraeam veritatem in veteri, ad græcam vero in novo Testamento; à D. Luca Osiandro perpurgata: et ad D. D. Lutheri versionem Germanicam collata; præfationibus denique ejusdem, in latinum sermonem transfusis, nec non argumentis ornata, et versibus singulatim distincta. Cum privilegio Ducis et Proelectoris Saxoniæ. Jenæ, excudebat Tobias Steinman, Sumtibus Henningi Grosij Bibliopolæ Lipsensis. Anno M. D. IC.

Ad calcem: Jenæ, excudebat Tobias Steinman (Signum Grossianum:) Sumtibus Henningii Grossij Bibliopolæ Lipsensis.

Prophetæ omnes, ad hebræam veritatem, a D. Luca Osiandro &c. (ut in priori titulo) M. D. IC.

Novum Jesu Christi Domini nostri Testamentum omne, ad græcam veritatem a D. Luca Osiandro &c. (ut ante.) M. D. IC.

Titulus ruber et niger limbo cinctus in quo litera K. Sequuntur Dedicatio ad Fridericum Wilhelmum, Saxoniæ Ducem, ejusq; effigies, ligno incisa, cum tribus epigrammatibus, hinc Præfatio ad Lectorem, Summa totius S. S., Hieronymi prologus galeatus, Martini Lutheri Præfatio in V. T. in Psalterium, in libros Salomonis, in librum Sapientiæ, in librum Ecclesiastici, et Ordo librorum. Textus, lineis circumdatus, columnis distinctus, charactere romano impressus; singulos versus sequuntur notæ, charactere italico, insertis figuris ligneis. Paralleli et summariola in margine. In fine interpretatio nominum et Index, ut in no. 1241.

1243. 245. Testamenti Veteris (omnino ut No. 1241.) Tertia cura Francisci Junii. Cum indice ad Notas V. T. triplice; Hebr. Græco et Latino. Hanoviæ, Typis Wechelianis, apud Claudium Marnium, et hæredes Joannis Aubrii. M. DCII.

Reliquæ partes V. T. singularem titulum non habent.

D. N. Jesu Christi Testamentum novum (ut ante:) — intelligentiam. Quam Franciscus Junius recensuit, auxit, illustravitq;. Hanoviæ, ut in priori titulo.

In omnibus respondet priori editioni 1590.

1244. 246. Biblia Sacra veteris et novi Testamenti, secundum vulgatam versionem Divi Hieronymi, ad Hebræam veritatem in veteri; ad Græcam vero in novo Testamento collata; præfationibus denique et argumentis ornata, versibusq; singulatim distincta. Cum privilegio Ducis et Proelectoris. Francofurti, apud Schouwett. Anno M. DCII.

Prophetæ (Eadem editio quae No. 1242.) M. DIC.

N. T. titulum non habet.

Respondet priori editioni anni 1599.

1245. 247. יהוה Biblia sacra Veteris et Novi Testamenti, secundum editionem vulgatam. Anno 1602.

Ad calcem signum Laurentii Seuberlich; Witebergae, excudebat Laurentius Seuberlich.

Tomus secundus Bibliorum, continens Prophetas et libros Machabaeorum, atque Novum Testamentum.

D.

D. N. Jesu Christi novum Testamentum, sive foedus. Excudebat Laurentius Seuberlich.

Ad calcem signum Sam. Selfisch. Witebergae, excudebat Laurentius Seuberlich. Impensis Samuelis Selfisch 1602.

Volumina II.

Tituli limbis cincti sunt: contextui figurae insertae. Praemittuntur summa totius S. S. Index testimoniorum, ordo librorum, prologi Hieronymi. Textus litteris romanis minoribus impressus; duabus col. additis in margine locis parall. et variis lectionibus. Apocrypha non leguntur in hac editione praeter Baruch et tres Macc. libros. In fine adduntur interpretationes nominum et index rerum et sententiarum.

1246. 248. Testamenti veteris et novi Biblia sacra ex hebræo et græco Latinà facta. Altera tralatio Vetus est, altera Noua cum adnotationibus Francisci Vatabli, prout vtramq; Regio priuilegio ornatam Robertus Stephanus anno M. D. XLV. Lutetiæ edidit. Accessere, Interpretatio nominum hebræorum, chaldæorum et græcorum quæ passim in hisce libris occurrunt: Index rerum et sententiarum memorabilium locuples: nec non Versuum singulorum capitum per numeros distinctio. Hanoviæ, Typis Wechelianis, apud Claud. Marnium, et hæredes Johannis Aubrii. M. DC. V.

D. N. Jesu Christi Testamentum novum sive Foedus novum. Cum duplici versione latina, vetere et Noua: vna cum Annotationibus Francisci Vatabli Doctissimi Hebraicarum literarum Professoris Regii Lutetiæ. Hanoviæ, Typis Wechelianis apud Claudum Marnum, et hæredes Johannis Aubrij.

Vide Nicolai Petræi diss. de interpretatione scripturarum.

1247. 249. Biblia sacra Vulgatæ Editionis Sixti V. Pont. Max. jussu recognita atque edita. Antverpiæ, Ex Officina Plantiniana apud Joannem Moretum. M. DC. V.

Ad calcem: Antverpiæ, ex Officina Plantiniana, apud Joannem Moretum, CIↃ. IↃC. V.

Forma grandis, titulus ære incisus, quem sequitur Præfatio, Concilii Tridentini Decretum de canonicis scripturis, Clementis P. P. VIII. Privilegium Moreto Concessum, datum XI Mart. 1597. et Summa Privilegii Regis Hispaniæ et Principum Belgarum. Textus in duabus columnis litteris romanis impressus est additis locis parallelis in utroque margine. Finito veteri Test. eodem ordine sequitur novum, cui adjiciuntur Oratio Manassis, Liber Tertius et quartus Esdrae. Ultimam paginam ornat Plantinianus circulus.

1248. 250. Biblia Sacra vulgatæ editionis Sixti V. Pont. max. jussu recognita, Et Clementis VIII. auctoritate edita Nunc autem CXXXx figuris nouiter inuentis, et in Æs incisis illustrata. Ad Reuerendiss. et Illustriss. Archiepis. Moguntinensem principem Electorem ac archicancellarium. Moguntiæ, apud Jo. Albinum, impensis Joanis Theobaldi SchonWetteri et Jacobi Fischeri. 1609.

Titulus inscriptionem habet: *Jo. Theodorus de Bry fe*, et ejus quoque monogramma R in aliis figuris conspicitur, in aliis vero W. H. (forte Wenceslaus Hollar.) Titulum excipiunt Schonwetteri dedicatio, Censura moguntinensis, Præfatio ad Lectorem et Decretum concilii Tridentini. Textus in duabus columnis, litteris romanis impressus est additis locis parallelis in utroque margine et interiori spatio numeris versuum. Prophetarum liber proprio paginarum numero orditur titulo autem caret, ut et novum Testamentum. Manassis Oratio, et liber 2 ac 3. Esræ sequuntur novum Test. deinde Hieronymi prologi, Index testimoniorum et nominum interpretatio. Figurae aere optime sunt incisae.

1249. 251. Biblia (omnino ut editio praecedens anni 1593.) Tubingæ, Typis Philippi Gruppenbachij. Impensis Joannis Berneri. Anno M. DC. IX. Cum Privilegio.

Prophetæ omnes. Tubingæ rel. M. DC. IX.

Novum Jesu Christi Domini nostri Testamentum omne. rel.

1250. 252. Novi Testamenti Versionis Vulgatæ correctæ, ad normam Libri Concordiæ, cum additionibus locorum communium paraphrasticis, et Explicatione locorum Controversorum genuina Pars Primá et Secunda. Continens evangelia quatuor et Acta Apostolorum &c. Filo Dnn. Hunnii, Mylii, Rungii, Brentii, Chemnitii, tum si qua opus fuit, veræ doctrinæ hostium, deducta et agglomerata a Zacharia Muthesio, Theol. Vinariensi. Ad Electorem, Ducesqve Saxoniæ modernos. (Insigne Palthenianum.) Jussu et sumtu Zachariæ Palthenii, V. J. D. typis æneis primum exscripta. Anno M. DC. XI.

Novi Testamenti — — — Pars Secunda. Continens Epistolas Pauli XIII. Petri II. Joannis III. Jacobi I. Judæ I. et Apocalypsin. Filo — — M. DC. XI.

Forma libri maior, titulus ruber et niger, quem sequitur Dedicatio, item Hieronymi Præfatio ad Damasum, ejusdemq; Vitæ Evangelistarum. Paginæ duas columnas habent, quarum prior textum litteris romanis, posterior notas paulo minoribus typis exhibet. Loci paralleli admodum pauci. Acta Apostolorum proprio incipiunt paginarum numero, non vero titulo.

1251.

1252. 253. Bibliorum codex sacer rel. Francofurti in Officina Andreae Cambierii. Anno 1614.

Omnino convenit haec editio cum priori anni 1579, supra laudata.

1252. 254. Psalterium Latino-Germanicum cum qvibusdam piis cantibis. Lateinischer vnd Teutscher Psalter, mit etlichen Lobgesängen, in Christlichen Chor vnd Clöstern breuchlich, Vmb mehrer Andacht der Jugend, vnd die den Lateinischen Text eigentlich nicht verstehen, zu drucken befordert von L. A. D. Z. E. Colloss. 3. vers. 16. Lasset das Wort Christi rel. Gedruckt zu Hamburg, bey Paul Langen Im Jahr: 1615.

Non solum titulus, sed singulae paginae limbis cinctae sunt. Typus latinus romanus est maior, germanicus maximus. In fine index latinus additur.

1253. 255. Psalterium Latino-Germanicum. Lateinischer vnd Teutscher Psalter. Gedruckt zu Hamburg, durch Paul Langen, Im Jahr: 1615.

Eadem editio, ac præcedens, sed sub alio titulo in vulgus edita.

1254. 256. Biblia sacra vulg. editionis rel. (ut anteced. No. 1247.) Antverpiæ, Ex Officina Plantiniana apud Balthasarem et Joannem Moretum fratres. M. DC. XVIII.

Post indicem legitur: Antverpiæ, ex Officina Plantiniana apud Balthasarem et Joannem Moretos fratres. M. DC. XVIII.

Romanæ Correctionis, in Latinis bibliis editionis vulgatæ, jussu Sixti V. Pontif. Max. recognitis, Loca insigniora; obseruata et denuo aucta a Francisco Luca Brugensi, Ecclesiæ Cathedralis Audomaropolitanæ Theologo et Decano. Accessit Libellus alter, continens alias lectionum varietates, in eisdem Bibliis Latinis, ex vetustis manuscriptis exemplaribus collectas, quibus possit perfectior reddi, feliciter coepta correctio, si accedat Summi Pontificis auctoritas; eodem obseruatore et collectore. Antverpiæ rel. ut supra.

Subscriptio, ut supra.

Idem titulus ære incisus ac in priore editione anni 1605. Sequitur Præfatio, Decretum Concilii Tridentini, Pauli V. Privilegium Johannis Moreti filiis concessum, datum 4 Aug. 1611. et Summa Privilegii Principum Belgarum. Cæterum ita comparata est hæc editio, ut superior, sed typi sunt nitidiores. Forma grandis. Correctiones minutissimis typis in tribus columnis impressae sunt.

1255. 257. Bibliorum codex sacer rel. Francofurti, In Officina Andreæ Cambierij Anno 1618.

Eodem modo comparata est haec editio, quo antecedentes ann 1579 et 1618 supra laudatæ. In fine index nominum et testimoniorum.

1256. 258. Testamenti veteris rel. (omnino ut No. 1243.) Tertia cura Francisci Junij. — — Hanoviæ, Typis Wechelianis, sumptibus Danielis et Davidis Aubriorum, nec non Clementis Schleichii. Anno M. DC. XVIII.

D. N. Jesu Christi Testamentum novum rel. Hanoviæ, rel. ut supra.

Editio priori, anni 1602, in omnibus similis. Additus in fine Index Autorum qui in notis citantur, et in ultima pagina Wechelianum insigne.

1257. 259. יהוה Biblia sacra rel. (omnino ut No. 1245.) Anno 1620.

Eadem est editio ac praecedens, anni 1602, sed typographi fraude numerus tam in fronte quam in calce in annum 1620 mutatus est.

